14. Quibus autem bonas tu dicis uxores esse, mi Socrates, num illi eas sic instituerunt? Nihil vetat, id à nobis considerari. Atque equidem etiam Aspasiam tibi commendabo, quæ multo peritiùs hæc omnia tibi ostendet.

15. Existimo autem, uxorem, quæ in domo sit socia, tantundem habere momenti ad utriusque utilitatem, quantum vir habeat. Nam plerumque viri operâ facultates in domum veniunt, & maxima pars earum uxore promente

---

1 *ꝛc.* ἢ, καὶ ἢ. 2 ἐδὴν οἷον τὸ ἐπισκοπεῖσθαι] De vera significatione hujusce dicendi formæ nequaquam convenit. Steph. verò conjectura veritati quàm proximè videtur accedere, Quæ τοῦτον intelligi vult, cui omnino οἷον relativum, adeoque significare *nihil melius*, vel *nihil aptius quàm considerare*, verbatim *nihil* (*tale*) *quale*, velut in sermone Gallico, *Il n'est rien tel que* &c. ad hanc porrò conjecturam stabiliendam, varia citat loca è diversis scriptoribus in Thesauro suo, quibus hæc significatio apprime competit. *ꝛc.* in marg. οἱονπερ.

3 Συσήσω δέ σοι] Potius συσήσω δέ σε, Conjectura, Porti, & Camerarii.

καὶ εὖ μὲ τούτων γιγνομένων, αὔξονται οἱ οἶκοι, κακῶς δὲ τούτων πραττομένων, οἱ οἶκοι μειοῦνται. οἶμαι δέ σοι καὶ τ' ἄλλων ἐπιστήμων τὰς ἀξίως λόγου ἑκάστου ἐργαζομένους ἔχειν ἂν ἐπιδεῖξαί σοι, εἴ τι προσδεῖσθαι νομίζεις.

ΚΕΦ. δ'.

ΑΛΛΑ πάσας μὲν τί σε δεῖ ἐπιδεικνύναι, ὦ Σώκρατες; ἔφη ὁ Κριτόβουλος. οὔτε γὰρ κτήσασθαι πάντων τῶν τεχνῶν ἐργάτας ῥᾴδιον, οἵους δεῖ, οὔτε ἔμπειρον γενέσθαι αὐτῶν οἷόν τε. ἀλλ' ἃς δοκοῦσι κάλλισται τῶν ἐπιστημῶν, καὶ ἐμοὶ πρέπειν ἂν μάλιστα ἐπιμελουμένῳ, ταύτας μοι καὶ αὐτὸς ἐπιδείκνυε, καὶ τοὺς πράττοντας αὐτάς· καὶ αὐτὸς δὲ ὅτι δύνασαι, συνωφέλει εἰς ταῦτα διδάσκων.

β'. Καὶ καλῶς, ἔφη, λέγεις, ὦ Κριτόβουλε. καὶ γὰρ αἱ γε βαναυσικαὶ καλούμεναι, καὶ ἐπίρρητοί εἰσι, καὶ εἰκότως

consumitur. Quæ quidem si rectè fiant, amplificantur domus: sin autem, malè deminuuntur. Arbitror autem me posse tibi aliarum etiam artium opifices, qui singulas egregiè faciant, commonstrare; siquidem id desideres.

CAP. IV.

ET Critobulus: Quid verò necesse sit, ait, mi Socrates, universas ostendere? Nec enim facilè possunt parari, qui artes omnes rectè exerceant, nec illarum peritus aliquis fieri potest. Saltem mihi velim ostendas tum quæ pulcherrimæ videantur, ac me decere maximè, si operam in eis ponam; tum eos qui has exerceant. Quinetiam ipse aliquid adjumenti, si potes, ad hoc mihi docendo adfer.

2. Rectè dicis, ait, mi Critobule. Nam quæ artes infimæ notæ sunt, & appellantur sordidæ, infames sunt, &

μέντοι πάνυ ἀδοξοῦνται πρὸς τὰ πόλεων. καταλυμαίνονται γὰρ τὰ σώματα τῶν τε ἐργαζομένων καὶ τῶν ἐπιμελομένων, ἀναγκάζουσι καθῆσθαι καὶ σκιατραφεῖσθαι, ἔνιαι δὲ καὶ πρὸς πῦρ ἡμερεύειν. τῶν δὲ σωμάτων θηλυνομένων καὶ αἱ ψυχαὶ πολὺ ἀῤῥωστότεραι γίγνονται.

γ'. Καὶ ἀσχολίας δὲ μάλιστα [1] ἔχουσι καὶ φίλων καὶ πόλεως σπουδαιμελεῖας αἱ βαναυσικαὶ καλούμεναι. ὥστε οἱ τοιοῦτοι δοκοῦσι [2] κακοὶ καὶ φίλοις χρῆσθαι, καὶ ταῖς πατρίσιν ἀλεξητῆρες εἶναι. καὶ ἐν οὐκ ἐνίαις μὲν τῶν πόλεων, μάλιστα δὲ ἐν ταῖς ἐν [3] πολέμοις δοκούσαις εἶναι, οὐδ' ἔξεστι τῶν πολιτῶν οὐδενὶ βαναυσικὰς τέχνας ἐργάζεσθαι.

δ'. Ἡμῖν δὲ δὴ ποίαις συμβουλεύεις, ὦ Σώκρατες, χρῆσθαι; ἆρα, ἔφη ὁ Σωκράτης, μὴ αἰσχυνθῶμεν τὸν Περσῶν βασιλέα μιμήσασθαι. ἐκεῖνον γὰρ φασιν ἐν τοῖς καλλίστοις τε καὶ ἀναγκαιοτάτοις ἡγούμενον εἶναι ἐπιμελήμασι γεωργίαν

meritò in civitatibus non magni fiunt. Etenim corpora illorum, qui vel eas exercent, vel curant, corrumpunt: dum ſedere illos cogunt, & in umbra vivere, totoſque dies ad ignem eſſe. Jam ſi corpora effeminentur, etiam animi longè debiliores redduntur.

3. Eædem illiberales artes tantas habent occupationes, ut amicis & reipublicæ dari opera non poſſit. Quo fit, ut ejuſmodi homines nec amicorum uſui videantur eſſe commodi, nec tueri patriam poſſint. Etiam nonnullis in urbibus, maximè quæ bellis occupantur, ne quidem licet cuiquam civium ſordidas haſce artes exercere.

4. Nobis verò, Socrates, quibus utendum eſſe conſulis? Ne nos pudeat, inquit, Perſarum regem imitari. Nam illum, aiunt, quòd agriculturam, & bellicæ rei ar-

1 γρ. ἔχουσιν. 2 γρ. κακὸν. 3 Perſuaſum habeo Xenoph. ἐμπολίμους ſcripſiſſe. Steph.

τε καὶ τὴν πολεμικὴν τέχνην, τούτων ἀμφοτέρων ἰσχυρῶς ἐπιμελεῖσθαι.

ε'. Καὶ ὁ Κριτόβουλος, ἀκούσας ταῦτα, εἶπε· καὶ τοῦτο (ἔφη) πιστεύεις, ὦ Σώκρατες, βασιλέα τῶν Περσῶν γεωργίας τι σπουδῆς ἐπιμελεῖσθαι; ὡσ' ἂν, ἔφη ὁ Σωκράτης, ἐπισκοποῦντες, ὦ Κριτόβουλε, ἴσως ἂν, καταμάθοιμεν εἴ τι σπουδῆς ἐπιμελεῖται. τὸ μὲν δὴ πολεμικῶν ἔργων ὁμολογοῦμεν αὐτὸν ἰσχυρῶς ἐπιμελεῖσθαι, ὅτι ἐξ ὁπόσων περ ἐθνῶν δασμοὺς λαμβάνει, τέταχε τῷ ἄρχοντι ἑκάστῳ, εἰς ὁπόσους δεῖ διδόναι τροφὴν ἱππέας, καὶ τοξότας, καὶ σφενδονήτας, καὶ γερροφόρους, οἵτινες τῶν τε ἔνδον ἀρχομένων ἱκανοὶ ἔσονται κρατεῖν, καὶ, ἢν πολέμιοι ἐπίωσιν, ἀρήξουσι τῇ χώρᾳ.

ϛ'. Χωρὶς δὲ τούτων, φύλακας ἐν ταῖς ἀκροπόλεσι τρέφει, καὶ τούτοις μὲν τροφὴν τοῖς φρουροῦσιν δίδωσιν ὁ ἄρχων ᾧ τοῦτο προστέτακται· βασιλεὺς δὲ καθ' ἑαυτὸν ἐξέτασιν ποιεῖται

tem, pucherrimas & maximè neceſſarias exiſtimet, utramque maximo ſtudio colere.

5. Quibus auditis Critobulus: Tunc verò, mi Socrates, inquit, Perſarum regem inter alia agriculturæ operam aliquam dare credis? Si hoc modo, ait Socrates, rem conſideraverimus, fortaſſis intelligemus, Critobule, num inter alia etiam agriculturæ det operam. Etenim rerum bellicarum maximè ſtudioſum eſſe fatemur, idcirco quòd in omnibus nationibus, quæ tributum ei pendunt, conſtitutum ſit cuique prætori, quot equites, ſagittarii, funditores, ſcutati ſtipendiis ali debeant; qui ad continendum in officio ſubjectos ipſius imperio ſufficiant, & ſi hoſtes invadant ipſius regnum, tueri illud poſſint.

6. Præter hos, alit in arcibus præſidiarios, & annonam dat præſidiariis præfectus is, cui datum eſt hoc negotii: rex autem in annos ſingulos & ſtipendiarios & alios lu-

τ μισθοφόρων καὶ τ ἄλλων οἷς ὡπλίσθαι προσέταξεν, καὶ πάντας ἅμα συνάγων, πλὴν τὰς ἐν ταῖς ἀκροπόλεσιν, ἔνθα δὴ ὁ σύλλογος καλεῖται. καὶ τὰς μὲν ἀμφὶ τὴν αὐτοῦ οἴκησιν αὐτὸς ἐφορᾷ, τὰς δὲ πόρρω ἀποικουμένας, πιστοὺς πέμπει ἐπισκοπεῖν.

ζ'. Καὶ οἱ μὲν ἐν φαινομένοις τ φρουράρχων καὶ τ χιλιάρχων, καὶ τ σατραπῶν τὸν ἀριθμὸν τὸν τεταγμένον ἔκπλεων ἔχοντες, καὶ τούτους δοκίμους [1] ἵπποις τε καὶ ὅπλοις καλοῖς κεκοσμημένους πρέπουσι, τούτους μὲν τὰς ἀρχὰς καὶ ταῖς τιμαῖς αὔξει, καὶ δωρεαῖς μεγάλοις καταπλήττει· οὓς δ' ἂν εὕρῃ τῶν ἀρχόντων ἢ καταμελοῦντας τῶν φρουράρχων, ἢ καταχερδαίνοντας, τούτους χαλεπῶς κολάζει, καὶ παύων τ ἀρχῆς, ἄλλους ἐπιμελητὰς καθίστησι. τῶν μὲν δὴ πολεμικῶν ἔργων ταῦτα ποιῶν δοκεῖ ἡμῖν [2] ἀναμφιλόγως ἐπιμελεῖσθαι.

ſtrat quibus injunctum eſt, ut ſint in armis; omneſque in unum cogit, exceptîs iſs qui arces cuſtodiunt, ad eum locum quo conventus indicitur. Qui vicini ſunt locis iis, in quibus degit, eos ipſe inſpicit: ad eos autem, qui procul habitant, fidos quoſdam homines mittit, qui eos inſpiciant.

7. Ac magiſtri quidem præſidiorum, & tribuni, & ſatrapæ, qui numerum conſtitutum habere ſe integrum palam oſtendunt, atque lectos egregioſque viros, equis & armis pulchris inſtructos exhibent, & honoribus auget, & donis ingentibus ditat. Quos verò prætores vel negligere præſidiorum magiſtros, vel quæſtum ſuum facere compererit; eos graviter punit, ademptôque ipſis imperiô, alios eorum loco rerum ſuarum curatores conſtituit. Atque hæc quia facit, haud dubiè nobis aliquid bellicis in rebus ſtudii ponere videtur.

1 χρ. δοκίμοις. 2 χρ. ἀναμφιτόλως.

η'. Επὶ δὲ ὁπόσῳ μὴ τῆς χώρας διελαύνων ἐφορᾷ αὐτὸς, καὶ δοκιμάζῃ· ὁπόσῳ δὲ μὴ αὐτὸς ἐφορᾷ, πέμπων πιστοὺς ἐπισκοπεῖται. καὶ οὓς μὲν ἂν αἰσθάνηται τῶν ἀρχόντων σωφρονισμένην γε τὴν χώραν παρεχομένους, καὶ ἐργὸν οὖσαν τὴν γῆν, καὶ πλήρη δένδρων τε, ὧν ἑκάστη φέρῃ, καὶ καρπῶν, τούτοις μὲν χώραν τὴν ἄλλῳ προσθήσει, καὶ δώρεις κοσμῇ, καὶ ἕδραις ἐντίμοις γεραίρῃ. οἷς δ' ἂν ὁρᾷ ἀργὸν τε τὴν χώραν οὖσαν, καὶ ὀλιγάνθρωπον, ἢ διὰ χαλεπότητα, ἢ δι' ὕβριν, ἢ δι' ἀμέλειαν, τούτους δὲ κολάζων, καὶ παύων τῆς ἀρχῆς, ἄρχοντας ἄλλους καθίστησι.

θ'. Ταῦτα ποιῶν δοκῇ ἧττον ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως ἡ γῆ ἐργὸς ἔσται ὑπὸ τῶν καθικνουμένων, ἢ ὅπως εὖ φυλάξεται ὑπὸ τῶν φρουρούντων; καὶ εἰσὶ δ' αὐτῷ οἱ ἄρχοντες διαπεφαγμένοι ἐφ' ἑκάτερον, οὐχ οἱ αὐτοὶ, ἀλλ' οἱ μὲν ἄρχουσι τῶν καθικνουμένων τε, καὶ τῶν ἐργατῶν, καὶ δασμοὺς ἐκ τούτων ἐκλέγουσιν· οἱ δ' ἄρχουσι τῶν ὡπλισμένων φρουρῶν.

8. Præterea quantum regionis ſuæ peragans ipſe inſpicit, in eo etiam omnia explorat: quantum verò ipſe non inſpicit, id miſsîs fidîs hominibûs inviſit. Et quos quidem prætores animadvertit egregiè habitatam terram exhibere, ſolumque cultum, & arboribus, pro cujuſque ſoli natura, fructibuſque plenum: eis alium etiam agrum attribuit, & muneribus cohoneſtat, & locis in conſeſſu honoratis ornat. Quorum verò terram incultam eſſe videt, ac à paucis habitatam, vel propter ipſorum aſperitatem, vel petulantiam, vel negligentiam; iîs multatîs, & magiſtratu dejectîs, alios eorum loco prætores conſtituit.

9. Hæc dum facit, an tibi minùs curare videtur, ut terra colatur ab incolis, quàm ut à præſidiis rectè cuſtodiatur? Et ſunt ei ſanè prætores ad utrumque conſtituti, non iidem: ſed alii præſunt incolis, & operas facientibus, deque his vectigalia colligunt, alii præſidiis armatis præſunt.

ι'. Καὶ μὲν ὁ φρούαρχος μὴ ἱκανῶς [1] τῇ χώρᾳ ἀρήγῃ, ὁ τῶν οἰκούντων ἄρχων καὶ τῶν ἔργων ἐπιμελούμενος κατηγορᾷ τοῦ φρουάρχου, ὅτι ὀλίγαις ἐργάζεσθαι ἀναγκάζει τὴν ἀφυλαξίαν. ἢν δὲ παρέχοντος τοῦ φρουάρχου εἰρήνην τοῖς ἔργοις, ὁ ἄρχων ἀνθρώπων τε παρέχηται καὶ ἀργὸν τὴν χώραν, τοῦτον αὖ κατηγορᾷ ὁ φρούαρχος.

ια'. Καὶ γὰρ φασὶν οἱ κακῶς τὴν χώραν ἐργαζόμενοι, οὔτε τοὺς φρουροὺς τρέφουσιν, οὔτε τοὺς δασμοὺς δύνανται ἀποδιδόναι. ὅπου δ' ἂν Σατράπης καθίστηται, οὗτος ἀμφοτέρων τούτων ἐπιμελεῖται.

ιβ'. Ἐκ τούτων ὁ Κριτόβουλος εἶπεν· Οὐκοῦν εἰ μὴ δὴ ταῦτα τοῖς βασιλεῦσι, ὦ Σώκρατες, οὐδὲν ἔμοιγε δοκεῖ ἧττον τῶν γεωργικῶν ἔργων ἐπιμελείας ἢ τῶν πολεμικῶν.

ιγ'. Ἐπὶ δὲ τοῖς τούτοις, ἔφη ὁ Σωκράτης, ἐν ὁπόσαις τε χώραις οἰκεῖ, καὶ εἰς ὁπόσας ἐπιστρέφεται, ἐπιμελεῖται τῶ-

10. Ac si quidem præsidii magister regionem non satis defenderit, incolarum prætor, & is, qui operum faciendorum curam gerit, accusat ipsum: quòd ob negligentiam custodiæ exerceri opera non possunt: Sin præsidii magistrò pacem operibus faciundis præstante, prætor regionem à paucis habitatam, & incultam exhibeat: vicissim ille à præsidii magistro accusatur.

11. Nam ferè illi qui terram malè colunt, neque præsidiarios alunt, neque tributa possunt pendere. Ubi verò satrapa constitutus est, is curam horum utriusque habet.

12. Secundùm ea Critobulus: Quòd si, mi Socrates, inquit, hæc facit rex; nihilo mihi videtur minùs agriculturæ, quàm rei bellicæ curam gerere.

13. Præter hæc, ait Socrates, quascunque regiones incolit, & quocunque se confert, studiosè dat operam, ut

1 χ. καλῶς.

των, ὅπως κῆποί τε ἔσονται, οἱ παράδεισοι καλούμενοι, πάντων καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν μεστοὶ, ὁπόσα ἡ γῆ φύειν ἐθέλει· καὶ ἐν τούτοις αὐτὸς τὰ πλεῖστα διατρίβει, ὅταν μὴ ἡ ὥρα τοῦ ἔτους ἐξείργῃ.

ιδ'. Νὴ Δί', ἔφη ὁ Κριτόβουλος, ἀνάγκη ἐστίν, ὦ Σώκρατες, ἔνθά γε διατρίβει αὐτὸς, καὶ ὅπως ὡς[1] κάλλιστα κατεσκευασμένοι ἔσονται οἱ παράδεισοι, ὑπὸ μελείας, δένδρεσι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι καλοῖς, ὅσα ἡ γῆ φύει.

ιε'. Φασὶ δέ τινες, ἔφη ὁ Σωκράτης, ὦ Κριτόβουλε, καὶ ὅταν δῶρα διδῷ ὁ βασιλεὺς, τοῦτον μὲν εἰσκαλεῖν τοὺς πολέμῳ ἀγαθοὺς γεγονότας, ὅτι σοῦδεν ὄφελος πολλὰ ἀρόω, εἰ μὴ εἶεν οἱ ἀρήξοντες· δεύτερον δὲ, τοὺς κατασκευάζοντας τὰς χώρας ἄριστα καὶ ἐνεργοὺς ποιοῦντας· λέγοντα, ὅτι οὐδ' ἂν οἱ ἄλκιμοι δύναιντο ζῆν, εἰ μὴ εἶεν οἱ ἐργαζόμενοι.

ιϛ'. Λέγεται δὲ καὶ Κῦρος πολὺ, ὥσπερ εὐδοκιμώτατος δὴ

horti sint, quos paradisos vocant, omnibus referti quæcunque pulchra & bona enasci de terra possunt. Atque in his ipse magna ex parte versatur, quum anni tempus id fieri non prohibet.

14. Profectò igitur, inquit Critobulus, curari necesse est illic, mi Socrates, ubi rex versatur, ut pulcherrimè instructi sint paradisi, tum arboribus tum aliis rebus è terra nascentibus.

15. Proditur etiam à nonnullis, mi Critobule, ait Socrates, quoties rex munera largiatur, primùm eos arcessi ad ipsum, qui præclarè se in bello gesserint; quòd multum arare, nihil prosit, nisi sint, qui arantes defendant: deinde, qui regiones suas quàm optimas præstant, & cultas reddunt. Etenim dicere regem, ne vivere quidem posse viros fortes, nisi sint qui terram colant.

16. Et Cyrum aiunt, maximâ gloriâ regem, dixisse ali-

1 *Sic.* καλλιστοι.

βασιλεῦς γεγένηται, εἰπεῖν τοῖς ὅτι τὰ δῶρα κεκλημένοις ὅτι αὐτὸς ἂν δικαίως τὰ ἀμφοτέρων δῶρα λαμβάνοι. καλὰ σκευάζειν τε γὰρ ἄριστος εἶναι ἔφη χώραν, καὶ ἀρήγειν τοῖς κατεσκευασμένοις.

ιζ'. Κῦρος μέντοι, ἔφη ὁ Κριτόβουλος, ὦ Σώκρατες, οὐ[1] ἐπηγάλλετο οὕτω πολὺ μᾶλλον, εἰ ταῦτα ἔλεγεν, ὅτι τῷ χώρας ἐργάτης ποιεῖν, καὶ καλὰ σκευάζειν, ἢ ὅτι τῷ[2] πολεμικὸς εἶναι.

ιη'. Καὶ ναὶ μὰ Δί', ἔφη ὁ Σωκράτης, Κῦρός γε, εἰ ἐβίωσεν, ἄριστος ἂν δοκεῖ ἄρχων γενέσθαι· καὶ τούτου τεκμήρια ἄλλά τε πολλὰ πρόσεστι, καὶ ὁπότε εἰς τὴν βασιλείας τῷ ἀδελφῷ ἐπορεύετο μαχούμενος, οὐδεὶς μὴ Κύρου οὐδεὶς λέγεται αὐτομολῆσαι πρὸς τὸν βασιλέα, οὐδὲ δὲ τοῦ βασιλέως πολλαὶ μυριάδες πρὸς Κῦρον.

ιθ'. Ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο ἡγοῦμαι μέγα τεκμήριον ἄρχοντος

quando ad eos qui ad accipienda munera vocati essent, meritò sibi utraque dona deberi: Nam se regionem optimè posse instruere, & quæ jam instructa sunt, defendere.

17. Cyrus ergo, mi Socrates, subjecit Critobulus, si hoc dixit, non minùs gloriabatur eo, quod regiones cultas efficere posset, atque instruere, quàm quod rei militaris peritus esset.

18. Ac profectò, subjecit Socrates, si vixisset Cyrus, longè præstantissimus in imperio futurus fuisse videtur. Ejus rei cum alia fuerunt argumenta, tum illud etiam, quòd quum de regno manum cum fratre conserturus proficisceretur, nullus ab ipso ad regem transiisse fertur, multîs millibûs hominum à rege ad ipsum deficientibûs.

19. Equidem magnum esse argumentum virtutis in im-

1 *sc.* ἐπηγάλλετο in textu Steph. 2 *sc.* πολεμίκως.

ἀρετῆς εἶναι, ᾧ ἂν ἑκόντες [1] πείθωνται, καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς σῴζεσθαι ἐθέλωσιν. ἐκείνῳ δὲ καὶ οἱ φίλοι ζῶντί τε συνεμάχοντο, καὶ ἀποθανόντι συναπέθανον πάντες περὶ τὸν νεκρὸν μαχόμενοι, πλὴν γε Ἀριαίου· Ἀριαῖος δ' ἔτυχεν ὑπὸ τῷ εὐωνύμῳ κέρατι τεταγμένος.

κ'. Οὗτος δὴ οὖν ὁ Κῦρος λέγεται Λυσάνδρῳ, ὅτε ἦλθεν ἄγων αὐτῷ τοὺς συμμάχους δῶρα, ἄλλά τε φιλοφρονεῖσθαι, (ὡς αὐτὸς ἔφη ὁ Λύσανδρος, ξένῳ ποτέ τινι ἐν Μεγάροις διηγούμενος) καὶ τὸν ἐν Σάρδεσι παράδεισον ὑποδείκνυσθαι [2] αὐτὸν ἔφη.

κα'. Ἐπεὶ δὲ ἐθαύμαζεν αὐτὸν ὁ Λύσανδρος, ὡς καλὰ μὲν τὰ δένδρα εἴη, [3] δι' ἴσου δὲ τὰ πεφυτευμένα, ὀρθοὶ δὲ οἱ τίχοι

peratore ſtatuo, ſi homines eum lubentes ſequantur, ac manere apud ipſum in periculis velint. Cyro autem, dum viveret, & in prœlio amici aderant, & quum interfectus eſſet, omnes circum mortuum pugnantes cum ipſo occubuerunt, extra unum Ariæum, qui lævo in cornu collocatus fuerat.

20. Atque hic Cyrus perhibetur, Lyſandro, quum à ſociis dona ferens ad eum veniſſet, inter alias comitatis & benevolentiæ ſignificationes, quemadmodum aliquando Lyſander ipſe cuidam hoſpiti ſuo Megarîs narravit, etiam hortum, qui Sardibus eſt, ipſemet oſtendiſſe.

21. Hunc Lyſander quum admiraretur ob arborum pulchritudinem, & quòd æqualiter eſſent omnia conſita, quòd

---

1 Leg. apud Stobæum ἕπωνται, & rectiùs forſan: quippe πείθωνται Gloſſa potius videatur, quum alibi hôc ipſô librô τὸ ἕπεσθαι Xenoph. uſus eſt, ὡσὺν ὅν τινα σὺ ἂν ἄρχοντα ἕλοιτο ἕπεσθαι οἱ ἐπόμενοι. Pag. 517. Edit. Steph. ſub fin.

2 Legendum αὐτὸς. ἔφη expungendum. Leunclav.

3 Conſule Cl. Brown de Horto Cyri, ſive de Quincunce.

τ δένδρων, εὐγένια δὲ πάντα καλῶς εἴη, ὀσμαὶ δὲ πολλαὶ καὶ ἡδεῖαι συμπαρομαρλοῖεν αὐτοῖς τοῖς πατοῦσι· καὶ ταῦτα θαυμάζων, εἶπεν· Ἀλλ' ἐγώ σοι, ὦ Κῦρε, πάντα μὲ ταῦτα θαυμάζω ὅτι τῷ κάλλει, πολὺ δὲ μᾶλλον ἄγαμαι τὴ καταμετρήσαντός σοι, καὶ διατάξαντος ἕκαστα τούτων.

κβ'. Ἀκούσαντα δὲ ταῦτα τ Κῦρον ἡσθῆναί τε, καὶ εἰπεῖν· Ταῦτα τοίνυν, ὦ Λύσανδρε, ἐγὼ πάντα καὶ διεμέτρησα καὶ διέταξα. ἔστι δὲ αὐτῶν, φάναι, ἃ καὶ ἐφύτευσα αὐτός.

κγ'. Καὶ ὁ Λύσανδρος ἔφη, ἀποβλέψας εἰς αὐτὸν, καὶ ἰδὼν τῶν τε ἱματίων τὸ κάλλος ὧν εἶχε, καὶ τῆς ὀσμῆς ἀπαθόμενος, καὶ τ στρεπτῶν καὶ τ ψελλίων ὃ κάλλος, καὶ ἄλλα κόσμα ἃ εἶχεν, εἰπεῖν· τί λέγεις, [1] (φάναι,) ὦ Κῦρε; ἦ καὶ σὺ ταῖς σαῖς χερσὶ τούτων τι ἐφύτευσας;

ordines arborum recti, quòd angulis accuratè factis ornata omnia, quòd odores multi ac ſuaves obambulantes ipſos comitarentur: hæc, inquam, ille quum admiraretur; Equidem, ait, admiror horum omnium pulchritudinem, Cyre: multo tamen magis eum ſuſpicio, qui ſingula tibi ſic & dimenſus eſt, & diſpoſuit.

22. Quæ ut Cyrus audiſſet, delectatum eis, dixiſſe: Atqui omnia hæc, mi Lyſander, ego dimenſus ſum ac diſpoſui. Nonnulla ſunt etiam, quæ ipſemet conſevi.

23. Tum Lyſander oculos in Cyrum conjiciens, conſpectâ etiam veſtium ipſius pulchritudine, & odore percepto, torquium denique armillarumque animadversâ elegantiâ, cæterique ornatûs, quem habebat, dixiſſe commemorabat: Quid ais, Cyre? Tune manibûs tuîs aliquid horum conſeviſti?

---

1 φάναι] Frequentiùs geminata reperitur φάναι, aut cum voce ejuſdem ſignificationis conjuncta, ut primo Cyropæd. p. 6. Edit. Steph. καὶ τὸν Κῦρον -- εἰπεῖν ἢ καὶ δῆλος φάναι μοι &c. & ibid. ſub fine τὸν δὲ Κῦρον εἰπεῖν ὅτι νὴ Δία φάναι μισῶ αὐτόν.

κδ'. Καὶ τ̃ Κῦρον ἀποφήναθαι θαυμάζεις τοῦτο, ἔφη, ὦ Λύσανδρε; [1] ὄμνυμί σοι τὸν Μίθριν, ὅταν μὲν ὑγιαίνω, μὴ πώποτε δειπνῆσαι, πρὶν ἱδρῶσαι, ἢ τῶν πολεμικῶν τι, ἢ τῶν γεωργικῶν ἔργων μελετήσαι, ἢ ἀεί γέ τι φιλοπονήσαι.

κε'. Καὶ αὐτὸς μέντοι ἔφη ὁ Λύσανδρος ἀκούσας ταῦτα, δεξιώσασθαί τε αὐτὸν καὶ εἰπεῖν· δικαίως μοι δοκεῖς, ἔφη, ὦ Κῦρε, εὐδαίμων εἶναι. Ἀγαθὸς γὰρ ὢν ἀνὴρ, εὐδαιμονεῖς.

ΚΕΦ. ε'.

ΤΑῦτα δὲ ὦ Κριτόβουλε, ἐγὼ διηγοῦμαι, ἔφη, ὁ Σωκράτης, ὅτι τῆς γεωργίας οὐδ' οἱ πάνυ μακάριοι δύνανται ἀπέχεσθαι. ἔοικε γὰρ ἡ ἐπιμέλεια αὐτῆς εἶναι ἅμα τι ἡδυπάθειά τις, καὶ οἶκου αὔξησις, καὶ σωμάτων ἄσκησις εἰς τὸ δύνασθαι ὅσα ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ πρέπει.

24. Respondisse verò Cyrum: Hoccine tibi admirationi est, mi Lysander? Mithren juratus testor, nunquam me quum valeo, cibum capere prius quàm vel ex bellicis, vel rusticæ rei exercitiis, vel alia quapiam studiosa contentione sudaverim.

25. Atque hîs auditîs Lysander ipse aiebat, manum se Cyri comprehendisse, ac dixisse: Jure mihi beatus esse videris, Cyre. Nam simul & vir egregius, & fortunatus es.

CAP. V.

HÆc tibi ego commemoro, Critobule, inquit Socrates, ut scias, ne felicissimos quidem homines ab agricultura posse abstinere. Nam videtur ejus studium simul & voluptatem quandam habere, & rei familiaris amplificationem, & exercitationem corporum, ut ad ea perficienda robur habeant, quæ ingenuo conveniunt.

---

1 Suid. quid hoc esset declarat, Μίθρᾳ, inquit, τὸν ἥλιον νομίζουσιν οἱ Πέρσαι, καὶ τούτῳ θύουσι πολλὰς θυσίας. Portus.

β'. Πρῶτον μὲν γὰρ ἀφ' ὧν ζῶσιν οἱ ἄνθρωποι, ταῦτα ἡ γῆ φέρει ἐργαζομένοις· καὶ ἀφ' ὧν τοίνυν ἡδυπαθοῦσι, ταῦτα ἐπὶ φέρει· ἔπειτα δὲ ὅσα κοσμοῦσι βωμοὺς καὶ ἀγάλματα, καὶ οἷς αὐτοὶ κοσμοῦνται, καὶ ταῦτα μὴ ἡδίστων ὀσμῶν καὶ θεαμάτων παρέχει.

γ'. Ἔπειτα δὲ ἅμα πολλὰ τὰ μὲν φύει, τὰ δὲ τρέφει· (καὶ γὰρ ἡ τροφοτροφικὴ τέχνη συνήπται τῇ γεωργίᾳ·) ὥστε ἔχειν καὶ θεοῖς ἐξαρέσκειαν θύοντας, καὶ αὐτοὺς χρῆσθαι· παρέχουσα δ' ἀφθονώτατ' ἀγαθά, οὐκ ἐᾷ ταῦτα μὴ μαλακίαις λαμβάνειν, ἀλλὰ ψύχη τε χειμώνων, καὶ θάλπη θέρους ἐθίζει καρτερεῖν.

δ'. Καὶ τοὺς μὲν αὐθυργοὺς ἀπὸ τῶν χειρῶν γυμνάζουσα, ἐμοὶ αὐτοῖς προσίδιοι· τοὺς δὲ τῇ ἐπιμελείᾳ γεωργοῦντας, ἀνδρίζει, προεγείρουσα, καὶ πρωΐαις σφοδρῶς ἀναγ-

2. Primum enim fert terra se colentibus, ea quæ hominibus ad victum necessaria sunt: atque etiam illa fert, de quibus voluptatem capiunt. Deinde suppeditat omnia suavissimis cum odoribus, & gratissima specie, quæcunque homines ad aras, & simulacra deorum, atque etiam ad seipsos ornandos adhibent.

3. Præterea multa obsonia partim producit, partim nutrit; etenim ars pecuaria cum agricultura conjuncta est. Quo fit ut multa suppetant, quibûs sacrificandîs tum placare Deos, tum ipsimet uti possimus. Quumque copiosissimè bona subministret, non sinit ea cum mollitia capi, sed ad hiemis frigora, & æstatis calores tolerandos consuefacit.

4. Eadem illos, qui manibus suis laborant, exercendo magis robustos: alios verò, qui curâ suâ colunt agrum, strenuos reddit, dum mane ipsos excitat, acriterque per-

1 ꝛc. ἀνδρίζει.

χάζουσα. καὶ γὰ ἐν τῷ χώρῳ, ᾗ ἐν τῷ ἄστει, ἀεὶ ἐν ὥρᾳ αἱ ἐπιμελώταλαι πρόξεις εἰσίν.

ε'. Ἔπειτα ἰὼ τε σὺν ἵππῳ ἀρήγειν τις τῇ πόλει βέλτιον, τὸν ἵππον ἱκανωτάτη ἡ γεωργία συντρέφειν· ἰὼ τε πεζῇ, σφοδρὸν τὸ σῶμα παρέχει. θήρας τε ἐπιφιλοπονεῖν συνεπαίρει τὴ ἡ γῆ, ᾗ κυσὶν εὐπέτειαν τροφῆς παρέχουσα, ᾗ θηρία συμπαρατρέφουσα.

ς'. Ὠφελοῦνται δὲ καὶ αἱ ἵπποι καὶ αἱ κύνες ἀπὸ τῆς γεωργίας, ἀντωφελοῦσι τ' χῶραν· ὁ μὲν ἵππος, πρωΐ τε κομίζων τ' κηδόμενον εἰς τ' ἐπιμέλειαν, καὶ ἐξουσίαν παρέχων ὀψὲ ἀπιέναι· αἱ δὲ κύνες, τά τε θηρία ἀπερύκουσαι ἀπὸ λύμης καρπῶν καὶ προβάτων, καὶ τῇ τε ἐρημίᾳ τὴν ἀσφάλειαν συμπαρέχουσαι.

gere cogit. Etenim ſemper & ruri, & in urbe in tempore quod agas peropportunè reperies.

5. Deinde ſive quis eques opem civitati ſuæ ferre velit, agricultura maximè alendo equo ſufficit: ſive pedes, acre corpus reddit. Etiam terra venationis ad ſtudium nonnihil adjumenti præſtat, quod & per eam facilè canes ali poſſint, & feræ nutriri.

6. Et quia canes quoque cum equis ex agricultura commodum aliquod percipiunt, viciſſim & ipſi ruri proſunt: equus, dum mane portat rei ruſticæ curatorem, ac ſerò redeundi poteſtatem facit: canes autem, dum feras abigunt, ne fructibus pecudibuſve noceant, ac ſolitudini ſecuritatem præſtant.

---

1 Συνεπαίρει π ἡ γῆ] Vulgo legitur *συνεπαίρει τῇ γῇ*. Lectionem marg. potius inſeruimus, ut ſenſui aptiorem, cujus porrò loquendi generis varia ſunt exempla, velut Sect. 7. *παροξυμᾷ δὲ π ἡ γῆ*. & Cap. 6. Sect. 10. *Συμπαροξύνειν δὲ π ἐδίκῃ* &c.

ζ'. Παρορμᾷ δέ πη καὶ εἰς ὃ ἀρήγειν σὺν ὅπλοις τῇ χώρᾳ καὶ ἡ γῆ τὺς γεωργύς, ὃν τῷ μέσῳ τὺς καρπὺς τεθεῖσα τῷ κρατοῦντι λαμβάνειν.

η'. Καὶ δραμεῖν δὲ, καὶ βαλεῖν, καὶ πηδῆσαι τίς ἱκανωτέρυς τέχνη γεωργίας παρέχεται; τίς δὲ τοῖς ἐργαζομένοις πλείω τέχνη ἀντιχαρίζεται; τίς δὲ ἥδιον ἢ ὀπιμελόμενον δέχεται, προτείνουσα προσιόντι λαβεῖν ὅ, τι χρήζῃ; τίς δὲ ξένυς ἀφθονώτερον δέχεται;

θ'. Χειμάσαι δὲ πυρὶ ἀφθόνῳ, καὶ θερμοῖς λουτροῖς, πῦ [1] πολὺ πλείων εὐμάρεια ἢ ὃν χώρῳ τῳ; πῦ δὲ ἥδιον θείσαι ὕδασί τε, καὶ πνεύμασι, καὶ σκιαῖς ἢ καθ' ἁμόν;

ι'. Τίς δὲ ἄλλη Θεοῖς ἀπαρχὰς πρεπωδεστέρας παρέχῃ, ἢ ἑορτὰς πληρεστέρας ἀποδεικνύῃ; τίς δὲ οἰκέταις φιλοσοφι-

7. Incitat etiam terra nonnihil agricolas ad defendendum armîs agrum, quum fructus in medio propositos educet, qui victori cedant.

8. Et quæ tandem ars homines magis ad currendum, ad jaculandum, ad saltandum idoneos reddit quàm agricultura? quæ ars se exercentibus vice versâ plura largitur? quænam sui studiosum suavius excipit, porrigens accedenti quod sumat ex animi arbitratu? quænam majori cum rerum copia hospites excipit?

9. Ubinam facilius copioso igne callidisque lavacris per hiemem uti licet, quam ruri? Ubi quis aquarum, auræ, umbrarumque causâ jucundius traducere possit æstatem, quam ruri?

10. Quænam ars alia primitias suppeditat Diis rectius convenientes, vel festos dies abundantiori cum copia re-

1 Πῦ πολὺ πλείων &c.] Leunclav. πῦ πλείων εὐμάρειαν &c. scribendum vult, abest enim, τὸ πολὺ à quibusdam libris. Forte καὶ εὐχέρειαν vice εὐμάρειαν. Quæ lectio Stobæo fortè accepta est referenda, ubi legitur πῦ πλείων εὐχέρειαν ἢ ὃν χωρίῳ.

λεπέρα, ἢ γυναικὶ ἡδίων, ἢ τέκνοις ποθεινοτέρα, ἢ φίλοις εὐχαριστοτέρα;

ια'. Ἐμοὶ μὲν θαυμαστὸν δοκῇ εἶναι, εἴ τις ἐλεύθερος ἄνθρωπος ἢ κτῆμά τι τούτου ἥδιον κέκτηται, ἢ ὄφελιμωτέραν εἰς τὸν βίον.

ιβ'. Ἔτι δὲ ἡ γῆ [1] θέλουσα, τοὺς δυναμένους καταμανθάνειν, καὶ δικαιοσύνην διδάσκει. τοὺς γὰρ ἄριστα θεραπεύοντας αὐτὴν, πλεῖστα ἀγαθὰ ἀντιποιεῖ.

ιγ'. Ἐὰν δ' ἄρα καὶ ὑπὸ πλήθους ποτὲ στρατευμάτων τὰ ἔργα σκηψῶσιν οἱ ἐν τῇ γεωργίᾳ ἀναστρεφόμενοι, καὶ σφοδρῶς καὶ ἀνδρικῶς παρασκευόμενοι, ὅταν εὖ παρεσκευασμένοι καὶ τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα, ἢν μὴ Θεὸς ἀποκωλύῃ, δυνάμενοι ἰόντες εἰς τὰς [2] τῶν ἀποκωλυόντων λαμβάνειν ἀφ' ὧν θρέ-

rum exhibet? quænam domeſticis gratior eſt, uxori jucundior, liberis optatior, erga amicos benignior?

11. Mihi quidem mirum videatur, poſſe hominem ingenuum vel poſſeſſionem aliquam acceptiorem hac ducere, vel ſtudium aliquòd hôc tum jucundius tum ad vitam utilius reperire.

12. Præterea terra ſua ſponte illos, qui animadvertere poſſunt, juſtitiam docet. Nam ſtudioſiſſimè ſe colentibus, maximam bonorum copiam viciſſim largitur.

13. Quod ſi aliquando ii qui in agricultura verſantur, & tum alacritatem tum fortitudinem condocefacti ſunt, à magnis copiis hoſtium ab operis ſuis arceantur: poſſunt certè, niſi Deus prohibeat, præſertim quum & animîs & corporibûs egregiè inſtructi ſint, invaſîs eorum finibus, à quibus impediuntur quominùs operas ſuas fa-

---

1 Ἡ γῆ θέλουσα] κ. θέουσα, καὶ θεὸς ὤσα. Neſcio cur Vulg. Lect. rejiciamus, cum θέλω inter Atticos Scriptores ſæpiſſime pro δύναμαι uſurpatur. Sic Cap. 4. Sect. 13. ὁπόσα ἡ γῆ φύειν ἐθέλει.

2 Εἰς τὰς ſupple χώρας.

ζονται. πολλάκις δ' ἐν τῷ πολέμῳ καὶ ἀσφαλέστερόν ἐστι σὺν τοῖς ὅπλοις τὴν τροφὴν μαστεύειν, ἢ σὺν τοῖς γεωργικοῖς ὀργάνοις.

ιδ'. Συμπαιδεύει δὲ καὶ εἰς ὃ ἐπαρκεῖν ἀλλήλοις ἡ γεωργία. ἔστι τε γὰρ τὰς πολεμίους σὺν ἀνθρώποις δεῖ ἰέναι, ἔστι τε γῆς σὺν ἀνθρώποις ἐστὶν ἡ ἐργασία.

ιε'. Τὸν οὖν μέλλοντα εὖ γεωργήσειν δεῖ τοὺς ἐργατῆρας καὶ προθύμους παρασκευάζειν, καὶ πείθεσθαι θέλοντας· τόν τε ἔστι πολεμίους ἄγοντα· ταῦτα δεῖ μηχανᾶσθαι, δωρούμενόν τε τοῖς ποιοῦσιν ἃ δεῖ ποιεῖν τοὺς ἀγαθοὺς, καὶ κολάζοντα τοὺς ἀτακτοῦντας.

ις'. Καὶ παραχελεύεσθαι δὲ πολλάκις ἁδὲν ἧττον δεῖ τοῖς ἐργάταις τὸν γεωργὸν, ἢ τὸν στρατηγὸν τοῖς στρατιώταις· καὶ ἐλπίδων δὲ ἀγαθῶν ἁδὲν ἧττον οἱ δοῦλοι τῶν ἐλευθέρων δέονται, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον, ὅπως μένειν θέλωσι.

ciant, indidem capere unde ſe alant. Ac ſæpe in bello etiam tutius eſt armîs victum quærere, quàm inſtrumentîs ruſticîs.

14. Inſtituit etiam nos agricultura, ut mutuò noſmet juvemus. Nam adverſus hoſtes cum hominum copiis pergendum eſt, & hominum operâ terra eſt colenda.

15. Itaque neceſſe eſt, eum, qui rectè agriculturam exercere velit, operarios ſuos ſic inſtruere; ut ſint alacres & ad parendum prompti. Hæc verò moliatur oportet, qui copias adverſus hoſtes ducturus ſit, ut eos, qui faciunt quod viros fortes decet, muneribus ornet; in eos autem animadvertat, qui officio ſuo deſunt.

16. Etiam neceſſe eſt agricolam non minùs interdum operarios ſuos cohortando excitare, quam imperatorem milites. Neque ſervis minùs ſpe bonâ quam ingenuis hominibus opus eſt: immo verò magis, ut manere velint.

1 χρ. ταὐτά.

ιζ'. Καλῶς δὲ καὶ ἐκεῖνος εἶπεν, ὃς ἔφη τὴν γεωργίαν τῶν ἄλλων τεχνῶν μητέρα καὶ τροφὸν εἶναι. εὖ μὲν γὰρ φερομένης τῆς γεωργίας, ἐρρωνται καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι ἅπασαι· ὅπου δ' ἂν ἀναγκασθῇ ἡ γῆ χερσεύειν, ἀποβέννυνται καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι σχεδόν τι καὶ ἐπὶ γῆς καὶ ἐπὶ θαλάττης.

ιη'. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Κριτόβουλος, εἶπεν· Ἀλλὰ ταῦτα μέν μοιγε, ὦ Σώκρατες, καλῶς δοκεῖς λέγειν. ἔτι δὲ ἡ γεωργικὴ τὰ πλεῖστά ἐστιν ἀνθρώπῳ ἀφύτευτα παρέχουσα. καὶ γὰρ χάλαζαι, καὶ πάχναι ἐνίοτε, καὶ αἰχμοὶ, καὶ ὄμβροι ἐξαίσιοι, καὶ ἐρυσίβαι, καὶ ἄλλα, πολλάκις τὰ καλῶς ἐγνωσμένα καὶ πεποιημένα ἐφανισῶται. καὶ παρέβατα δ' ἐνίοτε καλλίστα τεθραμμένα νόσος ἐλθοῦσα κάκιστα ἀπώλεσεν.

ιθ'. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Σωκράτης εἶπεν· Ἀλλ' ὤμην ἔγωγέ σε, ὦ Κριτόβουλε, εἰδέναι, ὅτι οἱ Θεοὶ τοῦδέ γε πλέον εἰσὶ κύριοι τῶν ἐν τῇ γεωργίᾳ ἔργων, ἢ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ. καὶ τοὺς

17. Is etiam rectè dixit, qui agriculturam aliarum artium matrem & nutricem esse perhibuit. Nam quum agricultura prosperè succedit, etiam artes cæteræ omnes vigent: at ubi terra necessitate aliquâ inculta manet, etiam artes cæteræ ferè terrâ marique extinguuntur.

18. Quibûs auditîs Critobulus: Enimvero, inquit, hæc mihi dicere præclarè videris, mi Socrates. Sed plurima sunt in agricultura, quæ provideri ab homine non possunt. Quippe nonnunquam grandines, pruinæ, æstus, imbres immensi, rubigines, aliaque, pulchrè cogitata & elaborata tollunt. Etiam oves interdum educatas egregiè, morbus aliquis invadens miserrimè perimit.

19. Quæ quum audiîsset Socrates: Ego verò, mi Critobule, ait, scire te arbitrabar, penes Deos nihilominus potestatem rusticis in operibus summam esse quam in bellicis. Vides autem, eos, opinor, qui re militari occupan-

ἐν τῷ πολέμῳ ὁρᾷς, οἶμαι, περὶ τὰ πολεμικὰ πράξεων ἐξαρεσκόμενοι τοῖς Θεοῖς, καὶ ἐπερωτῶντας θυσίαις καὶ οἰωνοῖς ἃ, τί τε χρὴ ποιεῖν, καὶ ὅ, τι μή.

κ'. Περὶ δὲ τῶν γεωργικῶν πράξεων ἦλθον οἴῃ δεῖν τὰς Θεὰς ἱλάσκεσθαι; εὖ γὰρ ἴσθι, ἔφη, ὅτι οἱ σώφρονες καὶ ὑπὲρ ὑγρῶν καὶ ξηρῶν καρπῶν, καὶ βοῶν, καὶ ἵππων, καὶ προβάτων, καὶ ὑπὲρ πάντων γε δὴ τῶν κτημάτων τὰς Θεὰς θεραπεύουσιν.

ΚΕΦ. ϛ'.

Ἀλλὰ ταῦτα μέν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, καλῶς μοι δοκεῖς λέγειν, κελεύων πειρᾶσθαι σὺν τοῖς Θεοῖς ἄρχεσθαι παντὸς ἔργου, ὡς τῶν Θεῶν κυρίων ὄντων ὁπόσου ἦλθον τῶν εἰρηνικῶν, ἢ τῶν πολεμικῶν ἔργων. ταῦτα μὲν οὖν πειρασόμεθα οὕτω ποιεῖν. σὺ δὲ ἡμῖν ἔνθεν λέγων περὶ τῆς οἰκονομίας ἀπέλιπες, πειρᾶ τὰ τούτων ἑχόμενα διεξιέναι· ὡς καὶ νῦν

tur, ante bellicas actiones Deos placare, ac tum per ſacrificia tum auguria inquirere, quid faciendum, quid omittendum ſit.

20. Et in actionibus rei ruſticæ minùs tibi laborandum putas, ut Deos propitios reddas? Omnino ſcire debes, homines, qui quidem ſapiant, humidorum & ſiccorum fructuum, boum, equorum, ovium, omnium denique fortunarum ſuarum causâ Deos colere.

CAP. VI.

DIcis tu præclarè, mi Socrates, ait, qui me jubeas operam dare, ut opus omne non ſine Diis ordiar: quippe quorum in poteſtate ſint tam ea quæ pace, quam quæ bello ſuſcipiuntur. Itaque ſtudebimus hæc ita facere. Tu vero nobis enitere iſtuc redeundo, ubi de adminiſtratione domeſtica dicere deſiiſti, quæ hîs conjuncta ſunt, ab-

1 γρ. ἐξαρεσκομένους.

μοι δοκεῖ, ἀκηκοὼς ὅσα εἶπες, μᾶλλόν τι ἤδη ὁρᾶν, ἢ πρόσθεν, ὅ, τι χρὴ ποιοῦντα βιοτεύειν.

β'. Τί οὖν; ἔφη ὁ Σωκράτης, ἆρα εἰ δοκοῦντον μὲν ἐπιμελθοιμεν ὅσα μὲν ὁμολογοῦντες διεληλύθαμεν, ἵν' ὡς πῶς δυνώμεθα, πειραθῶμεν οὕτω καὶ τὰ λοιπὰ διεξιέναι συνομολογοῦντες;

γ'. Ἡδύ γ' οὖν ἐστὶν, ἔφη ὁ Κριτόβουλος, ὥσπερ καὶ χρημάτων κοινωνήσαντας ἀναμφιλόγως διελθεῖν, οὕτω καὶ λόγων κοινωνοῦντας, περὶ ὧν ἂν διαλεγώμεθα, συνομολογοῦντας διεξιέναι.

δ'. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Σωκράτης, ἐπιστήμης μέν τινος ἔδοξεν ἡμῖν ὄνομα εἶναι ἡ οἰκονομία· ἡ δὲ ἐπιστήμη αὕτη ἐφαίνετο, ἣ οἴκους δύναιτο αὔξειν ἀνθρώποις. οἶκος δὲ ἡμῖν ἐφαίνετο, ὅπερ κτῆσις ἡ σύμπασα. κτῆσιν δὲ τοῦτο ἔφαμεν εἶναι, ὅ, τι ἐκάστῳ

solvere. Videor enim mihi, posteaquam audivi abs te dicta, magis perspicere quid, ut commodè vivam, faciundum sit.

2. Quid igitur? ait Socrates, placetne ut redeamus ad illa, quæcunque sic percurrimus, ut de iis inter nos conveniret, quò, si fieri possit, ita deinde reliqua percurrere conemur, ut inter nos conveniat?

3. Jucundum sanè est, inquit Critobulus, quemadmodum solent ii, quibus pecuniæ communes sunt, eas sine controversia percensere, sic etiam nos, qui sermones inter nos communicamus, omnia percurrere, de quibus colloquimur, ut consentiamus.

4. Visa est igitur nobis, inquit Socrates, administratio domestica nomen esse scientiæ: atque hæc ipsa scientia definiebatur ea esse, qua domos amplificare homines possint. Domus autem esse definiebatur idem quod facultates universæ. Facultates autem esse dicebamus id quod

ὠφέλιμον εἶη εἰς τ̓ βίον. ὠφέλιμα δὲ ὄντα εὑρίσκετο πάντα, ὁπόσοις τις ὁπῃοῦν χρῆται.

ε'. Πάσας μὲν οὖν τὰς ἐπιστήμας οὔτε μαθεῖν οἷόν τε ἡμῖν ἐδόκει, συναποδοκιμάζειν τε τὰς πόλεσι τὰς βαναυσικὰς καλουμένας τέχνας, ὅτι καὶ τὰ σώματα καταλυμαίνεσθαι δοκοῦσι, καὶ τὰς ψυχὰς [1] καταγνύσι.

ς'. Τεκμήριον δὲ σαφέστατον γενέσθαι ἂν τούτου ἔφαμεν, εἰ πολεμίων εἰς τ̓ χώραν ἰόντων, ἀθροίσας τις τοὺς γεωργοὺς καὶ τοὺς τεχνίτας, χωρὶς ἑκατέρους ἐπερωτῴη, πότερα δοκεῖ ἀρήγειν τῇ χώρᾳ, ἢ ὑφεμένους τῆς γῆς, τὰ τείχη ἀθρόους φυλάττειν.

ζ'. Οὕτω γὰρ ἂν τοὺς μὲν ἀμφὶ γῆν ἔχοντας ᾠόμεθ' ἂν ἀμφίζεσθαι ἀρήγειν, τοὺς δὲ τεχνίτας, μὴ μάχεσθαι, ἀλλ' ἅπερ [2] πεπαίδευνται, καθῆσθαι μήτε πονοῦντας, μήτε κινδυνεύοντας.

cuique ad vitam sit utile. Omnia verò utilia esse reperiebamus, quibuscunque uti aliquis sciret.

5. Ac scientias quidem universas non posse disci videbatur nobis, & itidem ut nonnullîs civitatibûs, artes improbandas esse, quæ sordidæ appellentur, quòd & corpora lædere videantur, & animos frangant.

6. Ejus rei argumentum fore clarissimum dicebamus, si hostibûs agrum invadentibûs, agricolas aliquis & opifices in Concilium mittens, seorsim utrosque interroget, utrum esse defendenda regio videatur, an agro cedendum, ac deinde custodienda mœnia.

7. Nam ea ratione futurum arbitrabamur, ut qui exercendo solo occupantur, defendendum esse agrum decernant: opifices autem dimicandum non esse, sed prout ipsi instituti sunt, desidendum, nullô neque labore, neque periculô aditô.

1 χ. καταγνώσι. 2 χ. παιδεύονται.

η'. Εδοκιμάσαμεν δὲ, ἀνδρὶ καλῷ τε καὶ ἀγαθῷ ἐργασίαν εἶναι, καὶ ὀπισήμιλλον κρατίστην γεωργίαν, ἀφ' ἧς τὰ ὀπιτήδεια ἄνθρωποι πορίζονται.

θ'. Αὕτη γὰρ ἡ ἐργασία μαθεῖν τε ῥᾴστη ἐδόκει εἶναι, καὶ ἡδίστη ἐργάζεσθαι, καὶ τὰ σώματα κάλλιστά τε καὶ εὐρωστότατα παρέχεσθαι, καὶ ταῖς ψυχαῖς ἥκιστα ἀσχολίαν παρέχειν φίλων τε καὶ πόλεων σωεπιμελεῖσθαι.

ι'. Συμπαρῆξιεν δέ τι ἐδόκει ἡμῖν καὶ εἰς ὃ ἀλκίμους εἶναι ἡ γεωργία, ἔξω τῶν ἐρυμάτων τὰ ἐπιτήδεια φύουσά τε, καὶ τρέφουσα τοὺς ἐργαζομένους. Μετὰ ταῦτα δὲ καὶ ἐνδοξοτάτη εἰς ἅπασι πόλεσι αὕτη ἡ βιοτεία, ὅτι καὶ πολίτας ἀρίστους, καὶ εὐνοϊκωτάτους παρέχεσθαι δοκεῖ τῷ κοινῷ.

ια'. Καὶ ὁ Κριτόβουλος· ὅτι μὲν, ὦ Σώκρατες, κάλλιστόν τε, καὶ ἄριστον, καὶ ἥδιστον, ἀπὸ γεωργίας τὸν βίον ποιεῖσθαι, πάνυ μοι δοκῶ πεπεῖσθαι ἱκανῶς. ὅτι δὲ ἔφησθα

8. Comprobavimus etiam, agriculturam viro bono & honesto exercitationem, & scientiam esse longè præstantissimam, quâ homines necessariorum sibi copiam parent.

9. Atque videbatur eadem disci facillimè posse, ac summâ cum voluptate exerceri, & corpora longè pulcherrima robustissimaque efficere, animis denique negotii nihil exhibere, quominus curâ suâ tum amicos tum respublicas complectantur.

10. Videbatur etiam agricultura nobis excitare animos ad fortitudinem, quod extra munitiones ad victum necessaria producat, iisque alat homines se exercentes. Itaque rationem hanc vitæ ab urbibus quoque maximam mereri prædicationem, quippe quæ cives præstantissimos maximèque reipublicæ studiosos suppeditare videatur.

11. Tum Critobulus: Pulcherrimum esse, mi Socrates, inquit, & optimum jucundissimumque, victum sibi ex agricultura parare, satis esse mihi persuasum arbitror.

καταμαθεῖν τὰ αἴτια τ' τε οὕτω γεωργούντων, ὥστε ἀπὸ τῆς γεωργίας ἀφθόνως ἔχειν ὧν δέονται, καὶ τ' οὕτως ἐργαζομένων, ὡς μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς τὴν γεωργίαν, καὶ ταῦτά μοι δοκῶ ἑκάτερα ἀκούειν [1] σου, ὅπως ἃ μὲν ἀγαθά ἐστι, ποιῶμεν, ἃ δὲ βλαβερά, μὴ ποιῶμεν.

ιβ'. Τί οὖν, ἔφη ὁ Σωκράτης, ὦ Κριτόβουλε, ἐγώ σοι ἐξ ἀρχῆς διηγήσομαι, ὡς συνεγενόμην ποτὲ ἀνδρί, ὃς ἐμοὶ ἐδόκει (εἶ) τῷ ὄντι τούτων τῶν ἀνδρῶν, ἐφ οἷς τοῦτο τὸ ὄνομα δικαίως ἐστὶν, ὁ καλεῖται καλός τε καὶ ἀγαθὸς ἀνήρ; πάνυ ἄν, ἔφη ὁ Κριτόβουλος, βουλοίμην ἂν οὕτως ἀκούειν, ὡς γ' ἔγωγε ἐμαυτὸν τούτου γε ὀνόμαστος ἄξιος γενέσθαι.

ιγ'. Λέξω τοίνυν σοι, ἔφη ὁ Σωκράτης, ὡς καὶ ἦλθον ἐπὶ τ' σκέψιν αὐτοῦ. τοὺς μὲν γὰρ ἀγαθοὺς τέκτονας, χαλκέας

Cæterùm quod aiebas animadvertisse te, quæ causæ sint, quamobrem alii sic agriculturam exerceant, ut ex ea percipiant abunde omnia, quibûs est ipsis opus, alii sic in ea laborent, ut nulli ipsis usui sit: eas equidem lubenter auditurus ex te videor utrasque, ut quæ bona sunt faciamus, omissîs iîs quæ cum detrimento sunt conjuncta.

12 Quid igitur, ait Socrates, mi Critobule, si tibi à principio narrem, quo pacto convenerim hominem aliquando quendam, qui reapse mihi de illorum esse numero videbatur, quibus meritò nomen illud tribuitur, quo quis vir bonus & honestus appellatur? Id equidem, ait Critobulus, vehementer audire velim, quippe qui & ipse dignus haberi eo nomine cupiam.

13. Dicam igitur, inquit Socrates, quomodo ad invisendum hominem illum accesserim. Nam ad bonorum fa-

---

1 Subaudienda particula ἂν, quæ cum infinitis præsentis vel expressa, vel subaudita, sæpe vim futuri denotat. Quare ἀκούειν ἂν, ἀντὶ τ' ἀκούσειν. Portus.

ἀγαθοὺς, ζωγράφους ἀγαθοὺς, ἀνδριαντοποιοὺς, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα, πάνυ ὀλίγος μοι χρόνος ἐγένετο [1] ἱκανῶς σκοπεῖν τε, καὶ θεάσασθαι τὰ δεδοκιμασμένα καλὰ ἔργα αὐτοῖς εἶναι.

ιδ'. Ὅπως δὲ δὴ καὶ τοὺς ἔχοντας τὸ σεμνὸν ὄνομα τοῦτο τὸ καλόν τε καὶ ἀγαθὸν, ὁπισκεψαίμην τί ποτ' ἐργαζόμενοι τοῦτ' ἀξιοῦντο καλεῖσθαι, πάνυ μου ἡ ψυχὴ ἐπεθύμει αὐτῶν τινι συγγενέσθαι.

ιε'. Καὶ σκοπῶν μὲν ὅπῃ προσέκειτο τὸ καλὸν τῷ ἀγαθῷ, ὅντινα ἴδοιμι καλὸν, τούτῳ προσιέναι, καὶ ἐπειρώμην καλὰ μανθάνειν, εἴ πῃ ἴδοιμι προσηρτημένον τῷ καλῷ τὸ ἀγαθόν.

ιϛ'. Ἀλλ' οὐκ ἄρα εἶχεν οὕτως· ἀλλ' ἐνίους ἐδόκουν καλὰ μανθάνειν τῶν καλῶν τὰς μορφὰς, πάνυ μοχθηρὰς οὔσας τὰς ψυχάς. ἔδοξεν οὖν μοι, ἀφέμενον τῆς καλῆς ὄψεως, ἐπ' αὐτῶν τινα ἐλθεῖν τῶν καλουμένων καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν.

brorum, bonorum æreariorum, pictorum bonorum, itemque ſtatuariorum, & hujuſmodi aliorum opera, quæ præclara judicentur, obeunda ſpectandaque, mihi temporis perexiguum quiddam ſufficiebat.

14. Verùm ut conſiderarem, quidnam agendo illi, qui nomen hoc boni & honeſti viri venerabile ſanè obtinerent, hôc ipſô digni judicarentur: vehementer animus meus aliquem ipſorum convenire cupiebat.

15. Ac primò quidem, quòd honeſti nomen ad bonum adjiceretur: quemcunque honeſtâ facie cernerem, eum adibam, ac dabam operam, ut intelligerem, anne videre poſſem alicubi bonum cum honeſto conjunctum.

16. Verùm aliter ſe res habebat; quod nonnullos videbar animadvertere, formâ quidem illos perquam honeſtâ præditos, ſed animîs pravîs. Itaque viſum fuit, omiſsâ vultus honeſtâ ſpecie, quendam eorum accedere, qui honeſti & boni appellarentur.

1 *al.* ἱκανὸς.

ιζ'. Ἐπεὶ οὖν τ' Ἰσχόμαχον ἤκουον παρὰ πάντων καὶ ἀνδρῶν τε, καὶ γυναικῶν, καὶ ξένων καὶ ἀστῶν, καλόν τε κἀγαθὸν ἐπονομαζόμενον, ἔδοξέ μοι οὕτω πειρατέον συγγενέσθαι.

ΚΕΦ. ζ'.

Ἰδὼν οὖν ποτε αὐτὸν ἐν τῇ τοῦ Διὸς τοῦ Ἐλευθερίου στοᾷ καθήμενον, ἐπεί μοι ἔδοξε σχολάζειν, προσῆλθον αὐτῷ καὶ παρακαθιζόμενος εἶπον· τί, ὦ Ἰσχόμαχε, ὃ μάλα εἰωθὼς σχολάζειν, κάθησαι; ἐπεὶ τά γε πλεῖστα ἢ πράττοντά τι ὁρῶ σε, ἢ ὃ πάνυ σχολάζοντα ἐν τῇ ἀγορᾷ.

β'. Οὐδὲ ἄν γε νῦν, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, ὦ Σώκρατες, ἑώρας, εἰ μὴ ξένοις τισὶ συνεθέμην ἀναμένειν ἐνθάδε. ὅταν δὲ μή τις παρῇ τοιοῦτον, πρὸς τῶν Θεῶν, ἔφην ἐγώ, ποῦ διατρίβεις, καὶ τί ποιεῖς; ἐγὼ γάρ τοι πάνυ βούλομαί σου πυθέσθαι, τί ποτε πράττων καλὸς κἀγαθὸς κέκλησαι, ἐπεὶ

17. Quum igitur audirem, Iſchomachum, ab omnibus, viris, mulieribus, exteris, etiam civibuſque, honeſtum ac bonum virum nominari: viſum eſt operam mihi dandam, ut eum convenirem.

CAP. VII.

ERgo ubi aliquando conſpexiſſem eum, in Jovis Liberatoris porticu ſedentem: quòd otioſum eſſe putarem, acceſſi, ac propter ipſum adſidens; Quid tu, Iſchomache, dixi, deſides heic, qui non admodum otiari conſueviſti? Nam maxima ex parte vel agere te aliquid video, vel ſaltem otioſum in Foro non verſari.

2. Ne nunc quidem, ſubjecit Iſchomachus, me conſpiceres, Socrates, niſi ex convento quoſdam heic hoſpites præſtolarer. At quum nihil ejuſmodi agis, inquam ego, quæſo te per Deos, ubinam tempus teris, & quid facis? Nam quærere de te quiddam omnino cupio, quid agas ſcilicet, quòd vir bonus & honeſtus appelleris: quan-

οὐκ ἔνδον ἀφανεῖς, οὐδὲ τοιαύτη σου ἡ ἕξις τοῦ σώματος καταφαίνεται.

γ'. Καὶ ὁ Ἰσχόμαχος γελάσας ὅτι τῷ [τί ποιῶν καλὸς κἀγαθὸς κέκλησαι] ἢ ἠσθεὶς ὥσπερ ἐμοὶ ἔδοξεν, εἶπεν· Ἀλλ' εἰ μέν, ὅταν σοι ἀφαλέγωνταί τινες, καλοῦσί με τοῦτο ὃ ὄνομα, οὐκ οἶδα. ὅ γοῦν δή, ὅταν γέ με εἰς [1] ἀντίδοσιν καλῶνται τριηραρχίας, ἢ χορηγίας, οὐδεὶς (ἔφη) ζητεῖ τὸν καλόν τε κἀγαθόν, ἀλλὰ σαφῶς (ἔφη) ὀνομάζοντές με Ἰσχόμαχον πατρόθεν προσκαλοῦνται. ἐγὼ μέν τοίνυν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὃ με ἐπήρου, [2] ὅ πάνυ ἔνδον ἀφανεῖ. καὶ γοῦν δή, ἔφη, τάγε ἐν τῇ οἰκίᾳ μου πάνυ καὶ αὐτὴ ἡ γυνὴ ἱκανή ἐστι διοικεῖν.

δ'. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο, ἔφην ἔγωγε, ὦ Ἰσχόμαχε, πάνυ ἂν

do domi tempus non teris, neque corporis tui habitus talis apparet.

3. Tum Iſchomachus, ad ea verba, *Quid agas, quod vir bonus & honeſtus appelleris*, arridens; eiſque, ut mihi videbatur, delectatus: Equidem, ait, an me hoc nomine appellent aliqui, quum tecum de me colloquuntur, neſcio. Non enim certè, quum me vocant ad compenſationem vel præfecturæ triremium, vel muneris choragi, quiſquam virum illum bonum & honeſtum quærit: ſed perſpicuè me Iſchomachum, nomine patris, appellatum arceſſunt. Tu quidem, mi Socrates, quod de me quærebas, domî ego tempus non admodum tero. Nam ad res domeſticas adminiſtrandas uxor ipſa ſatis eſt idonea.

4. Quin hoc quoque, inquam ego, mi Iſchomache,

---

1 Ἀντίδοσις] Facultatum commutatio, vide Demoſth. Orat. περὶ Μειδίου. Sect. 17. Ed. Cl. Taylor 8vo. & Orationem πρὸς Φαίνιππον.

2 ἢ. ἀδαμῶς ἔνδον κατατρίβω.

ἡδέως σε πυθοίμην, πότερα αὐτὸς σὺ ἐπαίδευσας τὴν γυναῖκα, ὥστε εἰς οἵαν δεῖ, ἦ ὑπεμνήσθην ἔλαβες παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς δεικεῖν τὰ προσήκοντα αὐτῇ;

ε'. Καὶ τί ἂν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὑπεμνήσθην αὐτὴν πρέλαβον, ἢ ἔτη μὲ οὔπω πεντεκαίδεκα γεγονυῖα ἦλθε πρὸς ἐμέ, τὸ δ' ἔμπροσθεν χρόνον ἔζη ἐν τοῖς πολλῆς ὑπομελείας, ὅπως ὡς ἐλάχιστα μὲν ὄψοιτο, ἐλάχιστα δ' ἀκούσοιτο, ἐλάχιστα δ' ἔροιτο;

ϛ'. Οὐ δὴ ἀγαπητόν σοι δοκεῖ εἶναι, εἰ μόνον ἦλθεν ὑπεμνήσθη, ἔπια προβαλοῦσα, ἱμάτιον ἀποδεῖξαι, καὶ ἐπιτεταχυῖα ὡς ἔργα ταλάσια θεραπαίναις δίδοται; ἐπεὶ τά γε ἀμφὶ γαστέρα (ἔφη) πάνυ καλῶς, ὦ Σώκρατες, ἦλθε πεπαιδευμένη· ὅπερ μέγιστον ἔμοιγε δοκεῖ παίδευμα εἶναι καὶ ἀνδρὶ καὶ γυναικί.

ζ'. Τὰ δ' ἄλλα, ἔφην ἐγὼ, ὦ Ἰσχόμαχε, αὐτὸς ἐπαί-

perlubenter de te quærerem, num uxorem ipſe talem inſtituendo effeceris, qualem eſſe oportet, an à patre matreque acceperis peritam earum rerum adminiſtrandarum, quæ ad ipſius officium pertinent?

5. Et quid, mi Socrates, inquit, ſcire poterat, quum eam ducerem quæ necdum annos nata xv ad me venerit, ac ſuperiore tempore magnâ curâ aſſervata vixerit, ut quamminimum cerneret, quamminimum audiret, quamminimum ſciſcitaretur?

6. An non autem boni conſulendum tibi videtur, quod ſaltem venerit perita conficiendi acceptâ lanâ veſtem, ac animadverſâ ratione penſi ancillis dandi? Nam quod gulam attinet, hac in parte, mi Socrates, rectè admodum inſtituta venit, quæ quidem mihi diſciplina tum in viro tum feminâ videtur eſſe maxima.

7. Cæterane, inquam ego, mi Iſchomache, uxorem

δοῦσας τὴν γυναῖκα, ὥστε ἱκανὴν εἶναι ὧν προσήκει ἐπιμελεῖας; ἀ μὰ Δί', ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, ἀ πρίν γε ἠ ἔθυσα, ἠ εὐξάμην ἐμέ τε τυγχάνειν διδάσκουσα, ἠ ἐκείνην μανθάνουσαν τὰ βέλτιστα ἀμφοτέροις ἡμῖν.

η'. Οὐκοῦν, ἔφην ἐγώ, καὶ ἡ γυνή σοι συνεύχετο ἠ συνεδύχετο[1] αὐτῷ ταῦτα; ἠ μάλα γ', ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, πολλὰ ἐπομνυμένη μὲν τοὺς Θεοὺς γενέσθαι οἵαν δεῖ· καὶ εὐδηλος ἦν, ὅτι οὐκ ἀμελήσει τῶν διδασκομένων.

θ'. Πρὸς Θεῶν, ἔφην ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, τί πρῶτον διδάσκειν ἦρχε αὐτήν, δήλου μοι· ὡς ἐγὼ ταῦτ' ἂν ἥδιόν σου διηγουμένου ἀκούοιμι, ἢ εἴ μοι γυμνικὸν, ἢ ἱππικὸν ἀγῶνα τὸν κάλλιστον διηγοῖο.

ι'. Καὶ ὁ Ἰσχόμαχος ἀπεκρίνατο· τί δ', ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐπεὶ ἤδη μοι χειροήθης ἦν, καὶ ἐπηδαστύετο, ὥστε ἀγα-

tuam instituendo ipse docuisti, ut curandis iis, quæ ad munus ipsius pertinent, sufficiat? Non prius profectò, inquit Ischomachus, quàm rem sacram feciſſem, & precatus essem, ut quæ utrique nostrûm essent optima, tum ipse docerem, tum ex me illa disceret.

8. Ergo, inquam ego, etiam uxor rem sacram tecum faciebat, & una tecum hæc precabatur? Omnino, ait Ischomachus, & quidem multum Diis testibus promittens, fore se talem, qualem esse oporteret: nec obscurum erat, minimè in iis, quæ doceretur, negligentem futuram.

9. Quæso te per Deos, inquam ego, mi Ischomache, narra mihi, quid eam primum docere cœperis. Nam jucundius id mihi fuerit ex te narrante audire, quàm si vel gymnicum, vel equestre mihi certamen longè pulcherrimum narres.

10. Et Ischomachus respondens: Quid verò, inquit, mi Socrates? posteaquam mansueta jam, & cicur fieret,

1 *pro.* αὐτὰ ταῦτα, forsan τ'αὐτά.

λέγεσθαι, ἠρόμην αὐτὴν (ἔφη) ὧδέ πως. εἰπέ μοι, ὦ γύναι, ἆρα ἤδη κατενόησας, τίνος ποτὲ ἕνεκα ἐγώ τέ σε ἔλαβον, καὶ οἱ σοὶ γονεῖς ἔδωκάν σε ἐμοί;

11. Οὐ μὲν γὰρ ὁπόρεια ἡμῖν μετ' ὄτου ἄλλου ἐκαθεύδομεν ἄν, οἶδ' ὅτι καὶ σοὶ καταφανὲς τοῦτ' ἔστι. [1] βουλόμενος δ' ἔγωγε σκοπὸς ἐμοῦ, καὶ οἱ σοὶ γονεῖς σοῦ, τίν' ἂν κοινωνὸν βέλτιστον οἴκου τε καὶ τέκνων λάβοιμεν, ἐγώ τε σὲ ἐξελεξάμην, καὶ οἱ σοὶ γονεῖς, ὡς ἐοίκασιν, ἐκ τῶν δυνατῶν ἐμέ.

12. Τέκνα μὲν οὖν ἡμῖν ὁπόταν ποτε διδῷ ἡμῖν γενέσθαι, τότε βουλευσόμεθα δὴ αὐτοῦ, ὅπως ὅτι βέλτιστα [2] παιδεύσομεν αὐτά. κοινὸν γὰρ ἡμῖν καὶ τοῦτο ἀγαθὸν, συμμάχων καὶ γηροβοσκῶν ὅτι βελτίστων τυγχάνειν.

13. Νυνὶ δὲ δὴ οἶκος ἡμῖν ὅδε κοινός ἐστιν. ἐγώ τε γὰρ,

ita ut colloqueremur: hoc quodam, inquit, modo ipsam interrogabam: Dic mihi, mea uxor, jamne animadvertisti, quâ tandem de causâ tum ego te duxerim, tum tui parentes mihi te tradiderint?

11. Non enim copiam nobis alterius nullam fuisse, quicum cubaremus, te ipsam perspicere scio. Quum autem ego quidem de me, parentes verò tui de te consultaremus, quemnam consortem optimum domûs & liberûm caperemus: ego te delegi, & parentes tui me, quemadmodum videtur, ex iis quos poterant.

12. Quod si liberos Deus aliquando nobis dederit, tum de illis consultabimus, quo pacto eos quàm optimè possimus instituere. Nam & illud bonum utrique nostrûm erit commune, ut & socios, & eos qui nos in senectute alant, longè optimos consequamur.

13. Nunc domus hæc nobis communis est. Nam &

1 *gr.* βουλόμφοι. 2 *gr.* παιδεύσωμεν.

ὅσα μοι ἔστιν ἄπορα, εἰς τὸ κοινὸν ἀποφαίνω· σύ τε ὅσα ἠνέγκω, πάντα εἰς τὸ κοινὸν κατέθηκας. καὶ ἔστι τοῦτο δὴ λογίζεσθαι, πότερος ἄρα ἀριθμῷ πλείω συμβέβληκε ἡμῶν, ἀλλ' ἐκεῖνο δὴ εὖ εἰδέναι, ὅτι ὁπότερος ἂν ἡμῶν βελτίων κοινωνὸς ᾖ, ἔστος τὰ πλείονος ἄξια συμβάλλεται.

ιδ'. Ἀπεκρίνατο δέ μοι, ὦ Σώκρατες, πρὸς ταῦτα ἡ γυνή· τί δ' ἂρ ἐγώ σοι, ἔφη, δυναίμην συμπρᾶξαι; τίς δὲ ἡ ἐμὴ δύναμις; ἀλλ' ἐν σοὶ πάντα ἐστίν· ἐμὸν δ' ἔργον ἔφησεν ἡ μήτηρ εἶναι, σωφρονεῖν.

ιε'. Ναὶ μὰ Δί', ἔφην ἐγώ, ὦ γύναι· καὶ γὰρ καὶ ἐμοὶ ὁ πατήρ. ἀλλὰ σωφρόνων τοι ἔστι, καὶ ἀνδρὸς, καὶ γυναικὸς, ὅτῳ ποιεῖν, ὅπως τά τε ὄντα ὡσβέλτιστα ἕξῃ, καὶ ἄλλα ὅτι πλεῖστα ἐκ τοῦ καλοῦ τε καὶ δικαίου προσγενήσεται.

ιϛ'. Καὶ τί δὲ ὁρᾷς, ἔφη ἡ γυνὴ, ὅ, τι ἂν ἐγὼ ποιοῦσα συναύξοιμι τὸν οἶκον; ναὶ μὰ Δί, ἔφην ἐγὼ, ἅ τε οἱ Θεοὶ

ego cuncta, quæ mea ſunt, in medium exhibeo: & tu quæcunque attuliſti, omnia in commune depoſuiſti. Neque jam ejus habenda eſt ratio, uter noſtrûm numero plura contulerit: ſed ſciendum eſt, eum res majoris pretii conferre, qui ſe hac in ſocietate rectiùs geſſerit.

14. Ad ea, mi Socrates, uxor mihi reſpondebat: In quonam ego tibi eſſe adjumento poſſim? quæ mea facultas eſt? In te omnia ſita ſunt. Mei muneris eſſe mater aiebat, ut frugi ſim.

15. Profectò, inquam ego, mea uxor, etiam hoc meum eſſe dicebat pater. Verùm frugi hominum munus eſt, ſive quis vir ſit, ſive mulier, ita ſe gerere; ut & facultates, quæ adſunt, optimò ſint locò, & aliæ quamplurimæ honeſtîs juſtîſque rationibus accedant.

16. Et quidnam tu vides, inquit uxor, quo efficiundo poſſim ego tecum domum noſtram augere? Enitere pro-

ἔφυσάν σε δ᾽ιώασθαι, καὶ ὁ νόμος συνεπαινῇ, ταῦτα πειρῶ ὡσβέλτιστα ποιεῖν.

ιζ'. Καὶ τί δαί ταῦτά ἐστιν; ἔφη ἐκείνη. οἶμαι μὲν ἔγωγε, ἔφην, ἃ τοῦ ἐλαχίστου ἄξια, εἰ μή περ γε καὶ ἡ ἐν τῷ σμήνει ἡγεμὼν μέλιττα ἐπ᾽ ἐλαχίστου ἀξίοις ἔργοις ἐφέστηκεν.

ιη'. Ἐμοὶ γάρ τοι (ἔφη φάναι) καὶ οἱ Θεοὶ, ὦ γύναι, δοκοῦσι πολὺ διεσκεμμένως μάλιστα τὸ ζεῦγος τοῦτο συντεθεικέναι, ὃ καλεῖται θῆλυ καὶ ἄρρεν, ὅπως [1] ἐπ᾽ ὠφελιμώτατον ἢ αὐτῷ εἰς τὴν κοινωνίαν.

ιθ'. Πρῶτον μὲν γὰρ τοῦ μὴ ἐκλιπεῖν ζώων γένη, τοῦτο ὃ ζεῦγος κεῖται μεθ᾽ ἁλλήλων τεκνοποιούμενον· ἔπειτα δ᾽ ἀνθρώποις μεθοδοσίας κεκτῆσθαι ἑαυτοῖς ἐκ τούτου τὸ ζεύγους, τοῖς γῆρᾳ ἀνθρώποις τρέφεται. ἔπειτα καὶ ἡ δίαιτα τοῖς ἀνθρώποις οὐκ ὥσπερ τοῖς κτήνεσιν, ἔστιν ὑπαίθρῳ, ἀλλὰ στεγνῶν δεῖται δηλονότι.

fectò, inquam, ut illa quamoptimè efficias, quæ a natura tibi Dii tribuerunt, ut posses, & quæ lex comprobat.

17. Ea verò quid sunt? ait illa. Meò quidem judicio, inquam ego, non minimi momenti, nisi etiam apum illa dux in alveari minimi momenti operibus præesse jussa est.

18. Nam mihi, dixisse se aiebat, videntur Dii, mea uxor, maxima consideratione par hoc conjunxisse, quod mas & femina vocatur, ut ad societatem mutuam plurimum sibi conduceret.

19. Primum enim, ne animantium genera deficerent, par hoc conjunctum liberos procreat. Deinde facultas hominibus conceditur, ut ex hac conjunctione adquirere sibi possint eos qui senes alant. Præterea non sub dio jumentorum instar homines vivunt, sed tectis scilicet indigent.

1 sc. ὅπως ὅτι.

κ'. Δεῖ μέντοι τοῖς μέλλουσιν ἀνθρώποις ἔξειν ὅ, τι εἰσφέρωσιν εἰς ὃ στεγνὸν, ἔχειν τοὺς ἐργαζομένους τοὺς ὑπὸ τῷ ὑπαίθρῳ ἐργασίας. καὶ γὰρ νέασις, καὶ σπόρος, καὶ φυτεία, καὶ νομὴ, ὑπαίθρια ταῦτα πάντα ἔργα ἐστίν. ἐκ τούτων δὲ τὰ ὀπωπήδεια γίγνεται.

κα'. Δεῖ δ' αὖ, ἐπειδὰν ταῦτα εἰσενεχθῇ εἰς τὸ στεγνὸν, καὶ τὸν σώσοντος ταῦτα, καὶ τὸν ἐργασομένου [1] τὰ τῶν στεγνῶν ἔργα δεόμενά ἐστι. στεγνῶν δὲ δεῖται καὶ ἡ τῶν νεογνῶν τέκνων παιδοτροφία, στεγνῶν δὲ καὶ αἱ ἐκ τοῦ καρποῦ σιτοποιΐαι δέονται· ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ τῆς ἐσθῆτος ἐκ τῶν ἐρίων ἐργασία.

κβ'. Ἐπεὶ δ' ἀμφότερα ταῦτα καὶ ἔργων καὶ ἐπιμελείας δεῖται, τά τε ἔνδον καὶ τὰ ἔξω, καὶ τῇ φύσιν (φάναι) εὐθὺς πρεσβύασεν ὁ Θεὸς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὴν μὲν τῆς γυναικὸς,

20. Quamobrem neceſſe eſt, ii qui conſequi volunt, quod ſub tectum importent, habeant aliquos qui operas obeundas ſub dio ſuſcipiant. Nam & arvorum renovatio, & ſeminum ſparſio, & conſitio, & paſcendi opera ejuſmodi ſunt, quæ omnia ſub dio curentur: & ex eis neceſſaria comparantur.

21. Requiritur autem, poſteaquam hæc intra tectum illata fuerint, ejus etiam opera, qui hæc ſervet; & qui ea conficiat opera, quæ non niſi ſub tectis fieri poſſunt. Requirit verò tecta liberorum educatio puerilis, & cibi ex illata ſegete confectio, tecta requirit: ac ſimiliter etiam veſtis ex lanis elaboratio.

22. Et quoniam hæc utraque tum interiora tum externa, labores & curam requirunt; idcirco etiam Deus, dixiſſe ſe perhibebat, ſtatim ab initio naturam præparavit, ut mî videtur, feminæ quidem, ad opera & curatio-

1 Forſan ἀ τῶν &c.

ὅπι τὰ ἔνδον ἔργα καὶ ἐπιμελήματα, τὴ δὲ τοῦ ἀνδρὸς, ὅπι τὰ ἔξω ἔργα καὶ ἐπιμελήματα.

κγ'. Ρίγη μὲν γὰρ, καὶ θάλπη, καὶ ὁδοιπορίας, καὶ στρατείας, τῷ ἀνδρὸς τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν μᾶλλον δύνασθαι καρτερεῖν σαρεσκεύασεν· ὥστε τὰ ἔξω ἐπέταξεν αὐτῷ ἔργα. τῇ δὲ γυναικὶ ἧσσον τὸ σῶμα δυνατὸν πρὸς ταῦτα φύσας, τὰ ἔνδον ἔργα αὐτῇ (φάναι ἔφη) προστάξαι μοι δοκῇ ὁ Θεός.

κδ'. Εἰδὼς δὲ, ὅτι τῇ γυναικὶ καὶ σπέρμα καὶ προσέταξε τὴν τῶν νεογνῶν τέκνων τροφὴν, καὶ στέργειν τὰ νεογνὰ βρέφη πλεῖον αὐτῇ ἐδάσατο, ἢ τῷ ἀνδρί.

κε'. Επεὶ δὲ καὶ ὃ φυλάττειν τὰ εἰσενεχθέντα τῇ γυναικὶ προσέταξε, γιγνώσκων ὁ Θεὸς, ὅτι πρὸς ὃ φυλάττειν, ἢ κάκιόν ἐστι φοβερὸν εἶ) τὴν ψυχὴν, πλεῖον μέρος καὶ τοῦ φόβου ἐδάσατο γυναικὶ ἢ τῷ ἀνδρί. εἰδὼς δὲ, ὅτι καὶ ἀρήγειν αὖ

nes interiores: viri autem, ad opera & curationes externas.

23. Nam viri corpus & animum ſic condidit, ut magis & frigora, & calores, & itinera, & expeditiones militares tolerare poſſet, quo factum, ut opera illi externa injungeret. Mulieri verò quia minùs ad hæc firmum corpus à natura largitus eſt, idcirco illi opera interiora dixiſſe ſe aiebat, mandaſſe mihi Deus videtur.

24. Et quia ſciebat, quòd & à natura indidiſſet, & mandaſſet feminæ, ut ea recentes natos liberos educaret: idcirco majorem etiam amorem erga modò natos liberos ei quàm viro tribuit.

25. Quia item, illata cuſtodiendi curam mandavit feminæ, idcirco Deus, qui ſciret animum timidum ad cuſtodiam minimè deteriorem eſſe, majorem etiam metûs partem feminæ, quàm viro impertivit. Quòd ſciret opus eſſe

δεήσῃ, ἐάν τις ἀδικῇ τ' ἐμὲ ἔξω ἔργα ἔχοντα, τούτῳ αὖ πλεῖον μέρος θ' θράσους ἐδάσατο.

κς'. Οτι δ' ἀμφοτέροις δεῖ καὶ δίδόναι καὶ λαμβάνειν, τ' μνήμην καὶ τ' ὀπιμέλειαν εἰς τὸ μέσον ἀμφοτέροις κατέθηκεν· ὥστε οὐκ ἂν ἔχοις διελεῖν, πότερα ὃ ἔθνος ὃ θῆλυ, ἢ ὃ ἄρρεν τούτων πλεονεκτεῖ.

κζ'. Καὶ ὃ ἐγκαλεῖς δὴ εἶναι, ὧν δεῖ, εἰς ὃ μέσον ἀμφοτέροις κατέθηκε, καὶ ἐξουσίαν ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ὁπότερος ἂν ᾖ βελτίων, εἴθ' ὁ ἀνὴρ, εἴθ' ἡ γυνὴ, τοῦτον καὶ πλεῖον φέρεσθαι τούτου τοῦ ἀγαθοῦ.

κη'. Διὰ δὲ ὃ τὴν φύσιν μὴ πρὸς πάντα ταῦτα ἀμφοτέρων εὖ πεφυκέναι, ἅμα τοῦτο καὶ δέονται μᾶλλον ἀλλήλων, καὶ ὃ ζεῦγος ὠφελιμώτερον ἑαυτῷ γεγένηται, ἃ ὃ ἕτερον ἐκλείπει, ὃ ἕτερον δυνάμενον.

κθ'. Ταῦτα δὲ (ἔφην) δεῖ ἡμᾶς, ὦ γύναι, εἰδότας,

defenſione, ſi quis opera foris facientem lædat, rurſus huic audaciæ plus tribuit.

26. Quòd utroſque tum expendere tum recipere neceſſe ſit; idcirco memoriam & diligentiam utriuſque in medium poſuit. Itaque non facile poſſis diſcernere, utrum femineum an virile genus hac in parte excellat.

27. Etiam Deus in medio poſuit ambobus abſtinentiam à rebus iis à quibus abſtinendum eſt; & poteſtatem eis fecit, uter foret melior, ſive vir, ſive mulier, is ut hujus boni partem majorem conſequeretur.

28. Quia verò, natura utriuſque non eſſet ad hæc omnia rectè comparata, idcirco etiam alter alterius magis indiget, fitque par hoc ſibi ipſi utilius, quum alterius in poteſtate ſint ea quibus alterum deſtituitur.

29. Hæc, dicebam ad eam, quum ſciamus, mea uxor,

ἀ ἑκατέρῳ ἡμῶν προστέτακται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, πειρᾶσθαι ὅπως ὡσβέλτιστα τὰ προσήκοντα ἑκάτερον ἡμῶν ἀφαρμόττειν.

λ'. Συνεπαινεῖ δὲ (ἔφη φάναι) καὶ ὁ νόμος ταῦτα, συζυγοῦς ἄνδρα καὶ γυναῖκα· καὶ κοινωνοὺς ὥσπερ τῶν τέκνων ὁ Θεὸς ἐποίησεν, οὕτω καὶ ὁ νόμος τοῦ οἴκου κοινωνοὺς καθίστησι. καὶ καλὰ δὲ εἰ ὁ νόμος ἀποδείκνυσιν, [1] ἃ καὶ ὁ Θεὸς ἔφυσεν ἑκάτερον μᾶλλον ἂν δύναιτο. τῇ μὲν γὰρ γυναικὶ κάλλιον μένειν ἔνδον, ἢ θυραυλεῖν· τῷ δὲ ἀνδρὶ αἰσχιον, ἔνδον μένειν, ἢ τὰ ἔξω ἐπιμελεῖσθαι.

λα'. Εἰ δέ τις παρ' ἃ ὁ Θεὸς ἔφυσε, ποιεῖ, ἴσως τι καὶ ἀτακτῶν τοὺς Θεοὺς δ' λήθει, καὶ δίκην δίδωσιν ἀμελῶν τὰ ἔργων τὰ ἑαυτοῦ, ἢ προσόντων τοῖς γυναικὸς ἔργα.

λβ'. Δοκεῖ δέ μοι (ἔφην) καὶ ἡ τῶν μελιττῶν ἡγεμὼν

nimirum quæ utrique noſtrûm à Deo ſint imperata; enixè operam dare debemus, ut uterque noſtrûm ea quæ ſui officii ratio poſtulat, quàm rectiſſimè præſtemus.

30. Etiam lex, dixiſſe ſe aiebat, hæc approbat, marem ac feminam copulans. Atque uti Deus liberorum ſocietatis inter ipſos auctor eſt, ita lex domûs ſocietatem eis inſtituit. Præterea lex ea decere demonſtrat, quæ Deus utriuſque viribus aptiora fecit. Eſt enim feminæ pulchrius, intra ædes ſeipſam continere, quam foris agere: viro autem turpius, intus manere, quam res exteras curare.

31. Quòd ſi quis aliud agit, quàm quod ipſius naturæ Deus indidit; fortaſſis occultum eſſe Deo non poteſt, ordinem ab ipſo perturbari, adeoque pœnas dat, ſive quis opera ſibi convenientia negligit, ſive muliebria facit.

32. Ac mihi quidem videtur, inquam, etiam apis illa,

1 Inſerui ἃ conjecturâ. Steph.

διαῦτα ἔργα ὑπὸ τῦ Θεοῦ προτεταγμένα διαπονεῖσθαι. καὶ ποῖα δ' (ἔφη ἐκείνη) ἔργα ἔχουσα ἡ τῦ μελισσῶν ἡγεμὼν, ὁμοιοῦντα τοῖς ἔργοις, οἷς ἐμὲ δεῖ πράττειν;

λγ'. Ὅτι, ἔφην ἐγὼ, ἐκείνη τε ἐν τῷ σμήνει μένουσα οὐκ ἐᾷ ἀργοὺς τὰς μελίσσας εἶναι· ἀλλ' ἃς μὲν δεῖ ἔξω ἐργάζεσθαι, ἐκπέμπει ὅπῃ ὅ ἔργον, καὶ ἃ ἂν αὐτῶν ἑκάστη εἰσφέρῃ, οἶδέ τε καὶ δέχεται, καὶ σώζει ταῦτα, ἕως ἂν δέῃ χρῆσθαι· ἐπειδὰν δὲ ἡ ὥρα ὅ χρῆσθαι ἥκῃ, διανέμει ὅ δίκαιον ἑκάστῃ.

λδ'. Καὶ ὅπῃ τοῖς ἔνδον δὲ ἐξυφαινομένοις κηρίοις ἐφέστηκεν, ὡς καλῶς καὶ ταχέως ὑφαίνηται, καὶ τῦ γιγνομένου τόκου ὅπιμελεῖται, ὡς ἐκτρέφηται. ἐπειδὰν δὲ ἐκτραφῇ, καὶ ἀξιοεργοὶ οἱ νεοσσοὶ γένωνται, ἀποικίζει αὐτὸς σὺν τῶν [1] ὁπαδῶν τινὶ ἡγεμόνι.

λε'. Ἡ καὶ ἐμὲ οὖν, ἔφη ὁ γυνὴ, δεήσει ταῦτα ποιεῖν; δεήσει μέντοι σὲ (ἔφην ἐγὼ) ἔνδον τε μένειν, καὶ οἷς μὲν ἂν

quæ cæterarum dux est, sibi divinitus præscripta constanter elaborare. Quænam verò, ait hæc, apum illa dux opera tractat, illis actionibus consimilia, quæ mihi conveniunt?

33. Quòd illa, inquam, in alveari manens otiosas esse apes non patitur: sed quas foris laborare oportet, eas ad opus emittit, ac quidquid attulerint singulæ, novit & accipit, tamque diu servat, donec eo sit utendum. Id verò tempus ubi jam adest, justam cuique partem tribuit.

34. Præest etiam favis, qui intus texuntur, uti rectè celeriterque texantur: & fœtus, qui nascitur, educandi curam habet. Is posteaquam educatus est, jamque operi faciundo idoneæ sunt apiculæ, coloniam ex eis deducit, adjunctâ ipsis quadam quasi nepotum duce.

35. Num igitur me quoque, ait uxor, hæc facere necesse erit? Erit, inquam ego, necesse domi ut maneas,

1 sc. ὁπαδῶν.

ἔξω ὃ ἔργον ἢ τῶν οἰκετῶν, τούτοις συνεκπέμπειν· οἷς δ' ἂν ἔργον ἔνδον ἐργαστέον, τούτων σοι ἐπιμελητέον, καὶ τά τε εἰσφερόμενα ἀποδεκτέον.

λε'. Καὶ ἃ μὲν ἂν αὐτῶν δέῃ δαπανᾶν, σοι ἀναμετρητέον· ἃ δ' ἂν φειδεύειν δέῃ, φρονητέον καὶ φυλακτέον, ὅπως μὴ ἡ εἰς τὸν ἐνιαυτὸν κειμένη δαπάνη εἰς τὸν μῆνα δαπανᾶται. καὶ ὅταν ἔρια εἰσενεχθῇ σοι, ἐπιμελητέον ὅπως οἷς δεῖ ἱμάτια γίγνηται. καὶ ὅπως ξηρὸς σῖτος ὅπως καλῶς ἐδώδιμος γίγνηται, ἐπιμελητέον.

λϛ'. Ἐν μέντοι τῶν σοὶ προσηκόντων, ἔφην ἐγώ, ἐπιμελημάτων ἴσως [1] ἀχαριστότερον δόξῃ εἶναι, ὅτι ὃν ἄν κάμνῃ τ' οἰκετῶν, τούτων σοι ἐπιμελητέον πάντων, ὅπως θεραπεύηται. νὴ Δί', ἔφη ἡ γυνὴ, ἐπιχαριτώτατον μὲν οὖν, ἢν μέλλωσί γε οἱ καλῶς θεραπευθέντες χάριν εἰδέναι, καὶ εὐνούστεροι ἢ πρόσθεν ἔσεσθαι.

ac emittere famulos quibus foris eſt laborandum: quibus autem intus faciundum opus, eis præeſſe debes; & quæ inferuntur, recipere.

36. Præterea diſtribuendum erit tibi, quidquid eorum expendendum eſt, quæque ſuperare debebunt, de iis prudenter proſpiciendum tibi erit, & cavendum, ne ſumtus in annum reconditus uno menſe abſumatur. Quum lanæ in domum illatæ fuerint, adhibenda cura ut veſtes illis parentur, quibus confici debent. Curandum item, ut frumentum aridum, idoneum ad veſcendum fiat.

37. Una, inquam, curatio ex iis quæ tui ſunt muneris, fortaſſis ingratior eſſe videbitur; quòd famulorum omnium cura tibi ſuſcipienda erit, ut ſi quis ex iis ægrotet, curetur. Illud profectò, ait uxor, longè gratiſſimum fuerit, ſi quidem curati gratiam habituri ſint, animôque erga me magis benevolô futuri, quàm prius.

1 ſc. εὐχαριστότερον.

λή. Καὶ ἐγὼ, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, ἀγαθὸς αὐτῆς τὴν ἀπόκρισιν, εἶπον· ἆρά γε, ὦ γύναι, ἀφ' ἑαυτῆς, πᾶσι φρονοίας καὶ τὰ ἐν τῷ σμήνει ἡγεμόνος αἱ μέλισσαι οὕτω ἀφειδῶς πρὸς αὐτὴν, ὥστε ὅταν ἐκείνη ἐκλίπῃ, ὀδεμία οἴεσθαι τῶν μελισσῶν ἀπολειπέον εἶναι, ἀλλ' ἕπεσθαι πᾶσαι;

λθ. Καὶ ἡ γυνή μοι ἀπεκρίνατο· θαυμάζοιμ' ἂν (ἔφη) εἰ μὲ πρός σε μᾶλλον [1] τείνει τὰ τοῦ ἡγεμόνος ἔργα, ἢ πρὸς ἐμέ. ἡ μὲν ἐμὴ φυλακὴ τῶν ἔνδον καὶ ἀφροσύνη γελοία τις ἂν (οἶμαι) φαίνοιτο, εἰ μὴ σύ γε ἐπιμελοῖο, ὅπως ἔξωθέν τι εἰσφέροιτο.

μ. Γελοία δ' αὖ, ἔφην ἐγὼ, ἡ ἐμὴ εἰσφορὰ φαίνοιτ' ἂν, εἰ μὴ εἴη ὅστις τὰ εἰσενεχθέντα σώζοι. οὐχ ὁρᾷς, ἔφην ἐγὼ, οἱ εἰς τὸν τετρημένον πίθον ἀντλεῖν λεγόμενοι, ὡς οἰκτίρονται, ὅτι μάτην πονεῖν δοκοῦσι; νὴ Δί', ἔφη ἡ γυνή. καὶ γὰρ ταλαιπωροί εἰσιν, εἰ τοῦτό γε ποιοῦσιν.

38. Quam ipsius responsionem, aiebat Ischomachus, admiratus equidem: An non, inquam, mea uxor, propterea quòd apum illa dux in alveari sic earum commodis prospicit, ea est vicissim aliarum apum erga hanc affectio; ut alveum si deserat, nulla se abesse putet ab illa decere, sed omnes sequantur?

39. Tum illa mihi respondens: Mihi verò mirum videatur, ait, non potius ad te ducis officium pertinere, quam ad me. Nam mea rerum, quæ intus sunt, custodia & distributio, ridiculam speciem habuerit: nisi tu curam adhibeas, ut extrinsecus aliquid inferatur.

40. Mea quoque, inquam ego, ridicula videbitur illatio, nisi sit qui illata servet. Non vides, inquam, quo pacto illorum homines miserari consueverint, qui pertusum in dolium aliquid haurire dicuntur, idque propterea, quod laborare frustra putentur? Video certè, ait uxor, ac sunt sanè miseri, si hoc faciunt.

1 *sic.* τείνοι.

μα'. Ἄλλαι δέ τοι, ἔφην ἐγώ, ἰδίαι ἐπιμέλειαι, ὦ γύναι, ἡδεῖαί σοι γίγνονται, ὁπόταν ἀνεπιτήμονα ταλασίας λαβοῦσα, ἐπιτήμονα ποιήσῃς, καὶ διπλασίου σοι ἀξία γένηται. καὶ ὁπόταν ἀνεπιτήμονα ταμείας καὶ οἰκονόμου λαβοῦσα, ἐπιτήμονα, καὶ πιστὴν, καὶ οἰκονομικὴν ποιησαμένη, παντὸς ἀξίαν ἔχῃς· καὶ ὁπόταν τὰς μὲν σώφρονάς τε, καὶ ὠφελίμους τῷ σῷ οἴκῳ ἕξῃ σοι εὖ ποιῆσαι, ἐὰν δέ τις πονηρὸς φαίνηται, ἕξῃ σοι κολάσαι.

μβ'. Τὸ δὲ πάντων ἥδιστον, ἐὰν βελτίων ἐμοῦ φαίνῃς, καὶ ἐμὲ σὺν θεραπόντων ποιήσῃς, καὶ μὴ δέῃ σε φοβεῖσθαι, μὴ προϊοῦσης τῆς ἡλικίας ἀτιμοτέρα σὺν τῷ οἴκῳ γένῃ, ἀλλὰ πίστευε ὅτι πρεσβυτέρα γινομένη, ὅσῳ ἂν καὶ ἐμοὶ κοινωνὸς, καὶ παισὶν [1] οἴκου φύλαξ ἀμείνων γίνῃ, τοσούτῳ μᾶλλον τιμιωτέρα σὺν τῷ οἴκῳ ἔσῃ.

41. Sunt & aliæ, inquam ego, curationes propriæ tuæ, mea uxor, futuræ non injucundæ: ut quum imperitam lanificii nacta, peritam efficies, atque ea tibi deinde duplo pluris erit: quum imperitam condendi promendique, & miniſtrandi, nacta, talem efficies, quæ & horum perita, & fida, & in miniſtrando prompta, quantivis tibi ſit pretii: quum tibi, modeſtos ac domui tuæ utiles afficere beneficio licebit, ac ſi quis improbus eſſe videatur, punies.

42. Quod denique omnium jucundiſſimum eſt, quum me eſſe melior videberis, meque famulum tuum effeceris, neque verendum tibi ſit, ut ne ætate procedente minus in domo tibi honoris exhibeatur: ſed perſuaſum habueris, te ætate provectiori tanto majore futuram in honore, quanto tum mihi conſors, tum liberis cuſtos domus melior exſtiteris.

---

1 Οἴκου φύλαξ] Hanc emendationem Steph. potius ſecutus ſum, qua cum ſenſus accuratior, tum dictio elegantior evadit, quàm Vulg. Lect. οἴκου φυλαξομένων.

μγ'. Τὰ γὰρ καλά τε καὶ ἀγαθὰ, ἐγὼ ἔφην, ὦ πρὸς τὰς ὡραιότητας, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρετὰς εἰς τὸν βίον τοῖς ἀνθρώποις ἐπαύξεται. τοιαῦτα μοι, ὦ Σώκρατες, δοκεῖ μεμνῆσθαι αὐτῇ τὰ πρῶτα προσελθεῖν.

ΚΕΦ. η'.

Καὶ ἐπέγνως τι ὦ Ἰσχόμαχε, ἔφην ἐγὼ, ἐκ τούτων κεκινημένην αὐτὴν μᾶλλον πρὸς τὴν ἐπιμέλειαν; ναὶ μὰ Δί', ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, καὶ δηχθεῖσάν γε αὐτὴν οἶδα, καὶ ἐρυθριάσασαν σφόδρα, ὅτι τῶν εἰσενεχθέντων τι αἰτήσαντός με, οὐκ εἶχέ μοι δοῦναι.

β'. Καὶ ἐγὼ μέντοι ἰδὼν ἀχθεσθεῖσαν αὐτὴν, εἶπον. Μηδέν τι (ἔφην) ἀθυμήσῃς, ὦ γύναι, ὅτι οὐκ ἔχεις δοῦναι ὅ, τι σε αἰτῶ τυγχάνω. ἔστι μὲν γὰρ πενία αὕτη σαφὴς, τὸ δεόμενόν τινος μὴ ἔχειν χρῆσθαι· ἀλυποτέρα δὲ αὕτη ἡ ἔν-

43. Nam honeſtorum egregiorumque dignitas non propter elegantiam formæ, ſed propter virtutes in vita mortalium incrementa ſumunt. Hujuſmodi quædam me, mi Socrates, primùm cum ipſa colloquutum eſſe, meminiſſe videor.

CAP. VII.

TUm ego: An etiam intellexiſti, inquam, nonnihil ex his eam commotam ad diligentiam? Intellexi profectò, inquit Iſchomachus, atque etiam memini, quum valde morderetur & erubeſceret propterea, quòd me quiddam eorum poſcente, quæ à me illata fuerant, dare id non poſſet.

2. Quod ego quum eam graviter & ægrè tuliſſe vidiſſem: Ne ſit hoc, inquam, animo tuo moleſtum, mea mulier, quod dare, non potes id, quod ego nunc forte abs te poſco. Nam certa paupertas eſt, quum alicujus indigeas, uti eo non poſſe. Verum minus eſt in hac penu-

δεια, τὸ μὴ δύασθαι ζητοῦντά τι λαβεῖν, ἢ τὸ ἀρχὸ μηδὲ ζητεῖν, εἰδότα ὅτι οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ γὰ (ἔφη ἐγὼ) τῶν σὺ αἰτία, ἀλλ' ἐγὼ, ὅτι σὺ τάξας σοι πρέδωκα ὅπου χρὴ ἕκαστα κεῖσθαι, ὅπως εἰδῇς ὅπου γε δεῖ πιθέναι, κὴ ὁπόθεν λαμβάνειν.

γ'. Ἔστι δ' οὐδὲν οὕτως, ὦ γύναι, οὔτ' εὔχρηστον οὔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις. κὴ γὰ χορὸς ἐξ ἀνθρώπων συγκείμενός ἐστιν. ἀλλ' ὅταν μὲ ποιῶσιν ὅ, τι ἂν τύχῃ ἕκαστος, ταραχή τις φαίνεται, κὴ θέαν ἀτερπές. ὅταν δὲ τεταγμένως ποιῶσι καὶ φθέγγωνται, ἅμα οἱ αὐτοὶ οὗτοι καὶ ἀξιοθέατοι δοκοῦσιν εἶναι, καὶ ἀξιάκουστοι.

δ'. Καὶ στρατιά γε, ἔφη ἐγὼ, ὦ γύναι, ἀτακτομὲν οὖσα, ταραχωδέστατον· καὶ τοῖς μὲν πολεμίοις εὐχερέστατον, τοῖς δὲ φίλοις ἀκλεέστατον ὁρᾶν, καὶ ἀχρηστότατον·

ria moleſtiæ, quum quid inveniri quærendo non poteſt, quàm ſi ab initio non quæras; non ignorans ſcilicet, illud abeſſe. Enimvero hæc ad te culpa non pertinet, ſed ad me: qui non omnia tibi tradiderim deſignatô ſingulis locô, quo ea collocari deberent, ut tu ſcires, ubi ea reponenda, & unde rurſus eſſent promenda.

3. Nihil eſt autem, mea uxor, in rebus humanis vel utilius, vel pulchrius ordine. Nam & chorus ex hominibus conſtat. Verùm ubi quiſque quod temere viſum eſt, facit: turbæ cujuſdam ſpecies ſe exhibet, ac ſpectatu quidem injucundum. At quum omnia rectè atque ordine proferunt & agunt, eadem opera faciunt, ut & ſpectatu & auditu digni eſſe videantur.

4. Itidem exercitus, inquam, mea uxor, dum non in ordines digeſtus eſt, longè quiddam eſt turbulentiſſimum; ac hoſtium quidem victoriæ maximè expoſitum, ſuis autem ſpectatu fœdiſſimum, & ad uſum minimè accommo-

ὄνος ὁμῦ, ὁπλίτης, σκευοφόρος, ψιλὸς, ἱππεὺς, ἅμαξα. πῶς γὰρ ἂν πορευθείησαν, ἐὰν ἔχοντες οὕτως ὀπισωλύσωσιν ἀλλήλους· ὁ μὲν βαδίζων, τὸν τρέχοντα· ὁ δὲ τρέχων, τὸν ἑστηκότα· ἡ δὲ ἅμαξα, τὸν ἱππέα· ὁ δὲ ὄνος, τὴν ἅμαξαν· ὁ δὲ σκευοφόρος, τὸν ὁπλίτην;

ε'. Εἰ δὲ καὶ μάχεσθαι δέοι, πῶς ἂν οὕτως ἔχοντες μαχέσαιντο; οἷς γὰρ ἀνάγκη αὐτῶν σοὶ ὀπίσω φεύγειν, οὗτοι ἱκανοί εἰσι φεύγοντες καταπατῆσαι τοὺς ὅπλα ἔχοντας.

ς'. Τεταγμένη δὲ φαλαγὶ κάλλιστον μὲν ἰδεῖν τοῖς φίλοις, δυσχερέστατον δὲ τοῖς πολεμίοις. τίς μὲν γὰρ οὐκ ἂν φίλος ἡδέως θεάσαιτο ὁπλίτας πολλοὺς ἐν τάξει πορευομένους; τίς δ' οὐκ ἂν θαυμάσειεν ἱππέας κατὰ τάξιν ἐλαύνοντας; τίς δὲ οὐκ ἂν πολέμιος φοβηθείη, ἰδὼν διακεκριμένους ὁπλίτας, ἱππέας, πελταστὰς, τοξότας, σφενδονήτας, καὶ τοῖς ἄρχουσι τεταγμένως ἑπομένους;

datum: ubi ſimul ſunt, aſinus, gravis armaturæ pedes, lixa, veles, eques, plauſtrum. Nam quo pacto progredi poterunt, ſi quidem in hac perturbatione mutuò ſeſe impedient; gradatim incedens, currentem; currens, ſtantem; plauſtrum, equitem; aſinus, plauſtrum; lixa, gravis armaturæ peditem?

5. Quòd ſi etiam dimicandum ſit, quomodo tali omnium perturbatione dimicare poſſint? Nam qui neceſſariò invadentibus terga dare coguntur, illi dum fugiunt, proterere milites etiam armatos poſſunt.

6. At inſtructa rectè acies quiddam eſt ſuis ſpectatu pulcherrimum, hoſtibus verò graviſſimum. Nam cui ſuorum non volupe ſit multos videre gravis armaturæ pedites inſtructis ordinibus incedentes? quis non admiretur equites, qui ordines inter equitandum obſervent? quis hoſtium metu non percellatur, ſi rectè diſpoſitos gravis armaturæ pedites, equites, cetratos, ſagittarios, funditores viderit, eoſdemque ſuos imperatores compoſitè ſequentes?

ζ'. Αλλὰ καὶ πορευομένων ἐν τάξει, κἂν πολλαὶ μυριάδες ὦσιν, ὁμοίως ὥσπερ εἷς ἕκαστος καθ' ἡσυχίαν πάντες πορεύονται. εἰς γὰρ τὸ κενούμενον ἀεὶ οἱ ὄπισθεν ἐπέρχονται.

η'. Καὶ τριήρης δέ τοι ἡ [1] σεσαγμένη ἀνθρώπων, ἆρά τί ἄλλο φοβερὸν ἢ πολεμίοις, ἢ φίλοις ἀξιοθέατον, ἢ ὅτι ταχὺ πλεῖ; ἆρά τί δὲ ἄλλο ἄλυποι ἀλλήλοις εἰσὶν οἱ ἐμπλέοντες, ἢ διότι ἐν τάξει μὲν καθῆνται, ἐν τάξει δὲ προνεύουσιν, ἐν τάξει δ' ἀναπίπτουσιν, ἐν τάξει δ' ἐμβαίνουσι καὶ ἐκβαίνουσιν;

θ'. Η δ' ἀταξία ὅμοιόν τι μοὶ δοκεῖ εἶναι, οἷον εἰ γεωργὸς ὁμοῦ ἐμβάλοι κριθὰς, καὶ πυρὸς, καὶ ὄσπεια· καὶ πέλτα ὁπότε δέοι ἢ μάζης, ἢ ἄρτου, ἢ ὄψου, ἀλέγειν δέοι αὐτῆς, ἀντὶ τοῦ λαβόντα διακρινημένοις χρῆσθαι.

7. Immo etiam si multa millia sint, tamen quamdiu incedunt, ut ordines servent, pergent omnes placidè, non aliter atque singuli progrediuntur, succedentibûs semper vacuum in locum illîs qui à tergo sunt.

8. Etiam triremis hominibus onusta quam aliam ob causam vel hostibus est terrori, vel amicis jucunda spectatu, nisi ob navigationem celerem? Quam aliam ob causam molesti sibi mutuò non sunt vectores, nisi quòd ordine sedeant, ordine propendendo in remos incumbant, ordine se retro flectant, ordine tum ingrediantur, tum egrediantur?

9. Ordinis autem perturbatio quiddam mihi simile videtur esse, ac si agricola eodem loco conjiciat hordeum, triticum, legumina. Deinde si vel offâ, vel pane, vel obsoniô sit opus, tum, cum selectîs uti deberet, separare atque seligere cogeretur.

---

1 Leg. apud Leunclav. πεπαγμένη.

ι'. Καὶ σὺ οὖν, ὦ γύναι, [1]ἵνα τῷ μὴ παρέχῃ τοῦτο μὴ δέοιο, βέλτιο δ' ἀκριβῶς διοικεῖν τὰ ὄντα εἰδέναι, καὶ τῶν ὄντων εὐπόρως λαμβάνουσα ὅτῳ ἂν δέῃ χρῆσθαι, καὶ ἐμοὶ, ἐάν τι αἰτῶ, σὺ χάριτι διδόναι· χώραν τε δοκιμασώμεθα τὴν προσήκουσαν ἑκάστοις ἔχειν, καὶ ἐν ταύτῃ θέντες, διδάξωμεν τὴν θεράποντα λαμβάνειν τε ἐντεῦθεν, καὶ καταθέναι πάλιν εἰς ταὐτόν· καὶ οὕτως εἰσόμεθα τά τε σῶα ὄντα, καὶ τὰ μή. ἡ γὰρ χώρα αὐτὴ τὸ μὴ ὂν φοβήσει· καὶ δεόμενον θεραπείας ἐξετάσει ἡ ὄψις· καὶ τὸ εἰδέναι ὅπου ἕκαστόν ἐστιν, ταχὺ ἐγχειρεῖν, ὥστε μὴ ἀπορεῖν χρῆσθαι.

ια'. Καλλίστην δέ ποτε καὶ ἀκριβεστάτην ἔδοξα σκευῶν τάξιν ἰδεῖν, ὦ Σώκρατες, εἰσβὰς ὑπὸ θέαν εἰς τὸ μέγα πλοῖον τὸ Φοινικόν· πλεῖστα γὰρ σκεύη ἐν μικροτάτῳ ἀγείῳ θεσκεχωρισμένα ἐθεασάμην.

10. Itaque tu etiam, mea uxor, ut hoc modo te conturbari neceſſe non ſit, & ut ſtudeas ſcire adminiſtrandi facultates noſtras rationem, ac ſine difficultate ſumas id quod utendum ſit, mihique ſi quid popoſcero, ſic tradas ut gratam mihi rem facias: inquiramus ſanè locum ſingulis convenientem, eoque poſita re quavis moneamus ancillam, ut inde ſumat, ac rurſus ibidem collocet. Ita nimirum ſciemus, quæ nobis ſuperſint, quæ ſint amiſſa. Nam locus ipſe quod abeſt, requiret: quodque curandum erit, adſpectus ipſe arguet: denique quòd ſciamus, ubi quodque ſit, id ipſum ſingula nobis exhibebit, ut ad uſum nihil deſideraturi ſimus.

11. Atque equidem, mi Socrates, pulcherrimum aliquando, longèque accuratiſſimum inſtrumentorum ordinem inſpicere mihi viſus ſum, quum ſpectandi cauſâ ingentem illam navem Punicam ingreſſus eſſem. Armamenta namque plurima ſeparatim collocata exiguo in receptaculo contemplabar.

1 Ἵνα Camerarii conjectura.

ιβ'. Διὰ πολλῶν μὲν γὰρ δήπου, ἔφη, ξυλίνων σκευῶν καὶ πλεκτοῦ ὁρμίζεται ναῦς καὶ ἀνάγεται, διὰ πολλῶν δὲ τῶν χρεμαστῶν καλουμένων πλοῖς, πολλοῖς δὲ μηχανήμασιν ἀνθοπλίζεται πρὸς τὰ πολέμια πλοῖα, πολλὰ δὲ ὅπλα τοῖς ἀνδράσι συμπαραλαμβάνει, πάντα δὲ σκεύη, ὅσοις περ ἐν οἰκίᾳ χρῶνται ἄνθρωποι, τῇ συσσιτίᾳ ἑκάστῃ κομίζει. χήμει ἢ πρὸ πάντα φορτίων, ὅσα ναύκληρος κέρδους ἕνεκα ἄγεται.

ιγ'. Καὶ ὅσα λέγω, ἔφη, πάντα οὐκ ἐν πολλῷ τινι μείζονι χώρᾳ ἔκειτο, ἢ ἐν δεκακλίνῳ σκηνῇ συμμέτρῳ. καὶ οὕτω κατακείμενα ἔκαστα κατενόησα, ὡς οὔτε ἄλληλα ἐμποδίζοι, οὔτε μαστευτοῦ δέοιτο, οὔτε ἀσυσκεύαστά ἐστι, οὔτε δυσλύτως ἔχειν, ὥστε διατελοῦν πρόχειρον ὅταν τῳ ταχὺ δέῃ χρῆσθαι.

ιδ'. Τὸν δὲ τοῦ κυβερνήτου διάκονον, ὃς παρὰ μὲν τοῖς νεὼς καλεῖται, οὕτως εὗρον ὑποκάμινον ἑκάστην τῆς χώρας, ὡς καὶ

12. Etenim navis multis ligneis & intortis inſtrumentis in portum deducitur, ac viciſſim ſolvit: multorum adjumento, quæ penſilia vocant, impellitur: multis machinamentis adverſus hoſtiles naves armatur: multa etiam hominum arma vehit: omnia vaſa, quibus in domo utuntur homines, pro quolibet unà victitantium contubernio vehit: denique præter hæc omnia, referta eſt oneribûs, quæ naviculator quæſtûs cauſâ ſecum vehit.

13. Atque hæc omnia, quæ dico, non multò ampliori locô ſita erant, quàm ſit conclave, decem lectulorum mediocriter capax. Animadverti autem ſic omnia fuiſſe condita, ut nihil alteri eſſet impedimento, neque veſtigatore egeret, nec imparatum eſſet, nec ſolutu difficile, quo moram afferret, ubi ſubitò eſſet aliquo utendum.

14. Miniſtrum autem gubernatoris, quem proretam in navi vocant, ita cujuſque loci gnarum reperi; ut vel ab-

ἀπὼν ἂν εἴποι, ὅπου ἕκαστα κεῖται, καὶ ὁπόσα ἐστὶν, οὐδὲν ἧττον, ἢ ὁ γραμματα ὀπισάμβνος εἴποι ἄν, Σωκράτης καὶ ὁπόσα γράμματα, καὶ ὅπου ἕκαστον τέτακται.

ιε'. Εἶδον δὲ, ἔφη ὁ Ισχόμαχος, καὶ ἐξετάζοντα τῶτον αὐτὸν ἐν τῇ σολῇ πάντα, ὁπόσοις ἄρα δεῖ ἐν τῷ πλοίῳ χρῆσθαι. θαυμάσας δὲ (ἔφη) τὴν ὀπίσκεψιν αὐτοῦ, ἠρόμην τί σοιῶν εἴη. ὁ δ' εἶπεν, ὀπισκοπῶ, ἔφη, ὦ ξένε, εἴ τι συμβαίνοι γίγνεσθαι, πῶς κεῖται, ἔφη, τὰ ἐν τῇ νηΐ, ἢ εἴ τι ἀποσατεῖ, ἢ εἰ δυσαπέλως τι σύγκειται.

ις'. Οὐ γὰρ (ἔφη) ἐγχωρεῖ, ὅταν χειμάζῃ ὁ Θεὸς ἐν τῇ θαλάττῃ, ὅτε μαθεῖν ὅτου ἂν δέῃ, ὅτε δυσαπέλως ἔχον διδόναι. ἀπειλεῖ γὰρ ὁ Θεὸς, καὶ κολάζει τὰς βλάκας. ἐὰν δὲ μόνον μὴ ἀπολέσῃ τὰς μὴ ἁμαρτάνοντας, πάνυ ἀγαπητόν· ἐὰν δὲ καὶ πάνυ καλῶς ὑπηρετῶντας σώζῃ, πολλὴ χάρις (ἔφη) τοῖς Θεοῖς.

sens dicere posset, ubi singula sita essent, & quàm essent multa; non minùs atque is qui literas norît, quot in Socratis nomine literæ sint, dicere possit, & ubi singulæ sunt collocatæ.

15. Eundem etiam vidi, ait Ischomachus, per otium omnia lustrantem, quibûs utendum in navi esset. Quumque hanc ejus inspectionem admiratus essem, quærebam quid ageret? Respondebat ille: Inspicio, mi hospes, si fortè quid accidat, quo pacto sita sint omnia in navi, ac num quid absit, vel inconcinnè collocatum sit.

16. Nec enim ubi tempestatem Deus in mari excitat, spatii quidquam reliquum est, vel inquirendi, quocunque tandem opus sit, vel tradendi, quod inconditè collocatum sit. Nam minîs terrere Deus & punire stolidos homines solet. ac si quidem illos, qui nihil perperam agunt, saltem non perdit, bene cum eis agitur. Quòd si etiam rectissimè omnia administrantes servat, magna Diis habenda est gratia.

ιζ'. Ἐγὼ οὖν καπιδὴ ταύτην τὴν ἀκρίβειαν τῆς καταστάσεως, ἔλεγον τῇ γυναικί, ὅτι πάνυ ἂν ἡμῖν εἴη βλακικόν, εἰ οἱ μὲν ἐν τοῖς πλοίοις καὶ μικροῖς οὖσι χώρας εὐρίσκουσι, καὶ σαλεύοντες ἰσχυρῶς ὅμως σώζουσι τὴν τάξιν, καὶ ὑποφοβούμενοι ὅμως εὑρίσκουσι ὃ δέον λαμβάνειν· ἡμεῖς δὲ, καὶ διῃρημένων ἑκάστοις θηκῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ μεγάλων, καὶ βεβηκυίας τῆς οἰκίας ἐν δαπέδῳ, εἰ μὴ εὑρήσομεν καλὴν καὶ [2] εὐεύρετον χώραν ἑκάστοις αὐτῶν, πῶς οὐκ ἂν πολλὴ ἡμῶν ἀσυνεσία εἴη;

ιη'. Ὡς μὲν δὴ ἀγαθὸν τεταχθαι σκευῶν κατασκευὴν, καὶ ὡς ῥᾴδιον χώραν ἑκάστοις αὐτῶν εὑρεῖν, ἐν οἰκίᾳ θεῖναι ὡς ἑκάστοις συμφέρῃ, εἴρηται.

ιθ'. Ὡς δὲ καλὸν φαίνεται, ἐπειδὰν ὑποδήματα ἐφεξῆς κεῖται, κἂν ὁποῖα ᾖ, καλὸν δὲ ἱμάτια κεχωρισμένα ἰδεῖν, κἂν

17. Quamobrem cum collocationem ego tam accuratam inſpexiſſem, dicebam uxori, admodum in nobis ſtolidum fore, ſi iſti in navigiis, quæ exigua ſunt, loca tamen invenirent; & magnis tempeſtatibus jactati, nihilominus ordinem ſervarent; ingentique metu perculſi, nihilominus ea, quæ ſumere neceſſe ſit, reperirent: nos, quum cellas habeamus in ædibus amplas, eaſque ſigillatim diſtinctas, ipſa etiam domus in ſtabili poſita ſit ſolo, non ſingulis aptum & inventu facilem locum reperire: quonam modo non magna ſit iſtæc inſcitia?

18. Dictum hactenus, quàm utile ſit ordine collocatam eſſe vaſorum ſupellectilem, quámque ſit facile ſingulis invenire locum, quo in ædibus reponantur.

19. Quàm verò pulchra ſpecies eſt, calceamenta, qualiacunque ſint, ordine collocata eſſe: pulchrum, veſtimenta ſeorſim condita videre, qualiacunque ſint: pul-

1 χρ. ἡμῖν εἴη π. 2 χρ. εὑάρεστον.

ὁποῖα ᾖ, καλὸν δὲ τρύμαλια, καλὸν δὲ χαλκία, καλὸν δὲ τὰ ἀμφὶ τραπέζας, καλὸν ἦ γ' ὃ πάντων καταγελάσειεν ἂν μάλιστα ὄχ ὁ σεμνὸς, ἀλλ' ὁ κομψὸς, ὅτι γ' χύτρας φασὶν εὐρυθμον φαίνεσθαι εὐκρινῶς κειμένας.

κ'. Τὰ δὲ ἄλλα ἤδη ὡς ἀπὸ τούτου ἄπαντα καλλίω φαίνεται κατὰ κόσμον κείμενα. χορὸς γὰρ σκευῶν ἕκαστα φαίνεται. καὶ ὃ μέσον δὲ τούτων καλὸν φαίνεται, [1] ὃκ πολῶν ἑκάστου κειμένου· ὥσπερ κύκλιος χορὸς ὃ μόνον αὐτὸς καλὸν θέαμά ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τὸ μέσον αὐτοῦ καλὸν καὶ καθαρὸν φαίνεται.

κα'. Εἰ δ' ἀληθῆ ταῦτα λέγω, ἔξεστιν, ἔφη, ὦ γύναι, καὶ πεῖραν λαμβάνειν αὐτῶν, ὅτέ τι ζημιωθέντας, ὅτέ τι πολλὰ πονήσαντας. ἀλλὰ μὴν ὅδέ τοῦτο δεῖ ἀθυμῆσαι, ὦ γύναι, ἔφην

chrum, idem in ſtragulis, in vaſis æreis, in iis quæ ad menſam pertinent: pulchrum etiam, licèt maximè ridiculum ſit homini non gravi, ſed faceto, quod ollas quoque concinnitatis quandam habere ſpeciem, ſi diſtinctè collocatæ ſint, aiunt.

20. Jam cætera quoque deinceps pulchriorem ſpeciem exhibent, decenter repoſita. Nam ſingula quidem quaſi chorus vaſorum eſſe videntur. Quin etiam intervallum medium, quum procul ſtant ordines ſinguli, pulchrum apparet; quemadmodum chorus circularis non ipſe modò pulchrum ſpectaculum eſt, ſed etiam id, quod in ejus eſt medio, pulchrum purumque cernitur.

21. An autem hæc à me verè dicantur, licet mea uxor, inquam, periculum faciamus, nullo cum noſtro neque detrimento, neque labore magno. Ne hoc quidem, inquam, moleſtum animo noſtro eſſe debet, uxor, quòd ſit

1 Adverbialiter forſan ἐκπεδῶν.

ἐγὼ, ὡς χαλεπὸν εὑρεῖν τὸν μαθησόμενόν τε τὰς χώρας, καὶ μεμνησόμενον καταχωρίζειν ἕκαστα.

κβ'. Ἴσμεν γὰρ δήπου, ὅτι μυριοπλάσια ἡμῶν ἄνδρια ἔχει ἡ πᾶσα πόλις· ἀλλ' ὅμως ὁποῖον ἂν τῶν οἰκετῶν κελεύσῃς σκεύασμά τι σοὶ ἐξ ἀγορᾶς ἐνεγκεῖν, οὐδεὶς ἀπορήσει, ἀλλὰ πᾶς εἰδὼς φανεῖται, ὅποι χρὴ ἐλθόντα λαβεῖν ἕκαστα. Τοῦτο μέντοι, ἔφην ἐγὼ, οὐδὲν ἄλλο αἴτιόν ἐστιν, ἢ ὅτι ἐν χώρᾳ κεῖται τεταγμένῃ.

κγ'. Ἄνθρωπον δέ γε ζητῶν, καὶ ταῦτα ἐνίοτε ἀντιζητοῦντα, πολλάκις ἄν τις ὕστερον, πρὶν εὑρεῖν, ἀπείποι. καὶ τούτου αὖ οὐδὲν ἄλλο αἴτιόν ἐστιν, ἢ ὃ μὴ ἔστι τεταγμένον, ὅπου ἕκαστον δεῖ ἀναμένειν. περὶ μὲν δὴ τάξεως σκευῶν, καὶ χρήσεως, τοιαῦτα αὐτῇ ἀφαλεχθεὶς δοκῶ μεμνῆσθαι.

difficile reperire aliquem, qui loca cognoscere discat, & meminerit singula suo loco reponere.

22. Scimus enim, hac civitate decies millies amplius contineri, quam apud nos: & nihilominus, quemcunque famulorum jusseris è foro emptum aliquid afferre, nemo dubitavit; sed quemvis scire apparebit, quo ire debeat, atque unde singula petere. Cujus rei nulla est alia causa, inquam ego, quàm quòd certo sita loco sint.

23. At si hominem quæras, qui quidem nonnunquam vicissim & ipse te quærat, sæpenumero citius re desperata desines, quam ipsum invenias. Atque ejus etiam nulla alia causa est, quàm quod constitutum non sit, ubi quemque exspectare oporteat. Ac de ordine quidem vasorum, ac usu, cum eâ me hujusmodi quædam colloquutum esse meminisse videor.

ΚΕΦ. θ'.

Καὶ τί δή; ἡ γυνὴ ἐδόκει σοι (ἔφην ἐγὼ) ὦ Ἰσχόμαχέ πως τὶ ἐπακούειν, ὧν σὺ ἐπαιδαζες διδάσκων; τί δὲ, εἰ μὴ ἐπῳχνεῖτό γε ὅπως μελήσεται, ἢ φανερὰ ἦν ἡδομένη ἰσχυρῶς, ὥσπερ ἐξ ἀμηχανίας εὐπορίαν τινὰ εὑρηκυῖα; ἢ ἐδεῖτό μου ὡς τάχιστα, ἢ περ ἔλεγον διατάξαι.

β'. Καὶ πῶς δή, ἔφην ἐγὼ, ὦ Ἰσχόμαχε, διέταξας αὐτῇ; τί δὲ, εἰ μὴ τῆς οἰκίας τὴν δύναμιν ἔδοξέ μοι πρῶτον ὑποδεῖξαι αὐτῇ; ἣ γὰρ ποικίλμασι κεκόσμηται, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ τὰ οἰκήματα ὡκοδόμηται πρὸς αὐτὸ τοῦτο ἐσκεμμένα, ὅπως ἀγγεῖα ὡς συμφορώτατα ἢ τοῖς μέλλουσιν ἐν αὐτοῖς ἔσεσθαι· ὥστε αὐτὰ ἐκάλει τὰ πρέποντα εἶναι ἑκάστῳ.

γ'. Ὁ μὲν γὰρ θάλαμος ἐν ὀχυρῷ ὢν, τὰ πολύτιμα ἄξια

CAP. IX.

Quid autem? num uxor, inquam ego, mi Iſchomache, viſa tibi eſt attendere iis quæ tu docere cupiebas? Quid aliud, quàm quòd polliceretur, diligentiam ſe adhibituram, ac præ ſe ferret, quaſi maximam voluptatem caperet, uti quæ magna ex inopia inſignem copiam rerum inveniſſet? Etiam me rogabat, uti quàm primum eo, quem explicaſſem modo, ſingula ordine diſponerem.

2. Et quî tandem, mi Iſchomache, inquam ego, diſpoſuiſti? Quî aliter, quàm quod initio ipſi oſtendendum arbitrarer, quæ domus eſſet noſtræ commoditas? Nec enim ea vario ornatu eſt decorata, mi Socrates, ſed omnes cellæ tali conſideratione ſunt exſtructæ, ut quàm commodiſſima ſint iis receptacula, quæ in eis collocanda ſunt. Itaque tunc ipſæmet ſibi convenientia velut arceſſebant.

3. Nam penetralia loco ſita munito, veſtes ſtragulas

καὶ τρώματα καὶ σκεύη προκάλυφ. τὰ δὲ ξηρὰ τῶν στεγῶν, τὸν σῖτον· τὰ δὲ ψυχεινὰ, τὸν οἶνον· τὰ δὲ φωτὰ, ὅσα φάους δεόμενα ἔργα τε καὶ σκεύη ἐστί.

δ'. Καὶ διαιτητήρια δὲ τοῖς ἀνθρώποις ἐπεδείκνυον αὐτῇ κεκαλλωπισμένα τὸν μὲ θέρους ἔχειν ψυχεινὰ, τὸν δὲ χειμῶνος ἀλεεινά. καὶ σύμπασαν δὲ τὴν οἰκίαν ἐπέδειξα αὐτῇ, ὅτι πρὸς μεσημβρίαν ἀναπέπαται, ὥστε εὔδηλον εἶναι ὅτι χειμῶνος μὲν εὐήλιός ἐστι, τὸν δὲ θέρους εὔσκιος.

ε'. Ἔδειξα δὲ καὶ τὴν γυναικωνῖτιν αὐτῇ θύραν βαλανείῳ ὠρισμένῳ ἀπὸ τοῦ ἀνδρωνίτιδος, ἵνα μήτε ἐκφέρηται ἔνδοθεν ὅ, τι μὴ δεῖ, μήτε τεκνοποιῶνται οἱ οἰκέται ἄνευ τῆς ἡμετέρας γνώμης. οἱ μὲ γὰρ χρηστοὶ παιδοποιησάμενοι, εὐνούστεροι ὡς ἐπιτοπολύ. οἱ δὲ πονηροὶ συζυγέντες, εὐπορώτεροι πρὸς τὸ κακουργεῖν γίγνονται.

ϛ'. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα διήλθομεν, ἔφη, οὕτω δὴ ἤδη κατὰ

vaſaque maximi pretii ſibi depoſcebant: quæ verò partes ædificii ſiccæ ſunt, frumentum; quæ frigidæ, vinum; quæ luminoſæ, opera & vaſa maximè lumen requirentia.

4. Cœnacula etiam reficiendis hominibus exornata monſtravi, quæ eſſent æſtate frigida, per hiemem calida. Adeoque domum univerſam ei commonſtrabam, meridiem verſus apertam: de quo obſcurum eſſe non poſſet, hieme illam ſat habere ſolis, æſtate umbrarum.

5. Et gynæcei fores per balneum à virorum contubernio ſecretas ei oſtendebam, ne vel foras aliquid efferretur, quod non deberet: vel famuli abſque conſenſu noſtro liberis operam darent. Nam qui probi ſunt, poſteaquam liberos procrearunt, plerumque ſunt benevolentiores: perverſi verò inter ſe copulati, ad malefaciendum fiunt inſtructiores.

6. Poſteaquam hæc percurriſſemus, inquit, ita deinde

φυλὰς διεκρίνομεν τὰ ἔπιπλα. ἠρχόμεθα δὲ πρῶτον, ἔφη, ἀθροίζοντες οἷς ἀμφὶ θυσίας χρώμεθα· μετὰ ταῦτα κόσμον γυναικὸς τὸν εἰς ἑορτὰς διηρθμεν, ἐσθῆτα ἀνδρὸς τὴν εἰς ἑορτὰς καὶ πόλεμον, καὶ στρώματα ἐν γυναικωνίτιδι, στρώματα ἐν ἀνδρωνίτιδι, ὑποδήματα γυναικεῖα, ὑποδήματα ἀνδρεῖα.

ζ'. Ὅπλων ἄλλη φυλὴ, ἄλλη ταλασιουργικῶν ὀργάνων, ἄλλη σιτοποιϊκῶν, ἄλλη ὀψοποιϊκῶν, ἄλλη τῶν ἀμφὶ λουτρὸν, ἄλλη [1] ἀμφὶ μάκτρας, ἄλλη ἀμφὶ τραπέζας· καὶ ταῦτα πάντα διεχωρίσαμεν οἷς τε ἀεὶ δεῖ χρῆσθαι, καὶ τὰ [2] θοινατικά.

η'. Χωρὶς δὲ καὶ τὰ χρόνια δαπανώμενα ἀφείλομεν, δίχα δὲ καὶ τὰ εἰς ἐνιαυτὸν ἀπολελογισμένα κατέθεμεν. οὕτω γὰρ ἥκιστα λανθάνει ὅπως τοῖς ὁ τέλος ἐκβήσεται. ἐπεὶ δὲ

supellectilem per classes distinximus. Ordiebamur autem primùm à colligendis iis quibus ad rem sacram utimur. Secundùm id mundum muliebrem, qui feriis conveniret, distinguebamus: itemque vestes viriles tam festorum quàm belli: stragula in gynæceo, stragula virorum in contubernio: calceamenta muliebria, calceamenta virilia.

7. Classis alia armorum, alia instrumentorum lanificii, alia necessariorum ad molendum frumentum, alia ad conficienda obsonia, alia ad lavationem, alia vasis pistoriis, alia ad mensas. Atque hæc omnia locis distinximus, tum quibus semper utendum est, tum quæ ad convivia celebranda pertinent.

8. Seorsim etiam ab aliis auferebamus, quæ menstruo spatio absumerentur; & seorsim, quæ ratione initâ in annum essent destinata, collocabamus. Sic enim minus obscurum est, qui futurus sit exitus. Posteaquam supellecti-

1 Forte τῶν deest utrobique ante ἀμφὶ. 2 sc. θοινητικά.

ἐχωρίσαμεν πάντα κατ' φυλάς τὰ ἔπιπλα, εἰς τὰς χώρας τὰς προσηκούσας ἕκαστα διηνέγκαμεν.

θ'. Μετὰ δὲ τοῦτο ὅσοις μὲν τῶν σκευῶν καθημέραν χρῶνται οἱ οἰκέται, (οἷον σιτοποιϊκοῖς, ὀψοποιϊκοῖς, ταλασιουργικοῖς, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτο,) ταῦτα μὲν αὐτοῖς τοῖς χρωμένοις δείξαντες ὅπου δεῖ τιθέναι, παρεδώκαμεν, καὶ ἐπετάξαμεν σῶα παρέχειν.

ι'. Οσοις δ' εἰς ἑορτὰς ἢ ξενοδοχίας χρώμεθα, ἢ εἰς τὰς ἀφ' ἑστίας πρόξεις, ταῦτα δὲ τῇ ταμίᾳ παρεδώκαμεν, καὶ δείξαντες τὰς χώρας αὐτῇ, καὶ ἀπαριθμήσαντες καὶ γραψάμενοι ἕκαστα, εἴπομεν αὐτῇ διδόναι τούτων ὅτῳ δέοι ἕκαστον, καὶ μεμνῆσθαι [1] ὅτῳ ἄν τι διδῷ, καὶ ἀπολαμβάνουσαν καταθέναι πάλιν ὅθεν περ ἂν ἕκαστα λαμβάνῃ.

ια'. Τῷ δὲ ταμίαν ἐποιησάμεθα ὀπισκευάμενοι ἥτις

lem univerſam in claſſes ſecrevimus, ad convenientia loca ſingula detulimus.

9. Deinde vaſa omnia, quibuſcunque quotidie famuli utuntur, verbi gratiâ, quibus cibi conficiuntur, quibus obſonia, quæ ad lanificium pertinent, & ſi qua ſunt ejuſmodi, tradidimus iis qui uti his deberent, commonſtrato loco, ubi ea reponerent: ſimul imperavimus, ut ea nobis integra præſtarent.

10. Quibus autem ad feſtos dies, vel ad hoſpites excipiendos, vel ad negotia quædam rara utimur, ea tradidimus promæ; lociſque horum indicatis, & adnumeratis conſignatiſque ſingulis, juſſimus, ut quidvis horum ei daret, cui dandum eſſet, & cuinam quid daret, memoria complecteretur; ac illud, rurſus unde receptum ſumſiſſet, reponeret.

11. At munus promæ mandavimus alicui, poſtquam

1 *sc.* ὅπ ἂν τῷ διδῷ.

ἡμῖν ἐδόκῃ εἶ) ἐγκρατέστατη καὶ γαστρὸς, καὶ οἴνου, καὶ ὕπνου, καὶ ἀνδρῶν συνουσίας· πρὸς τούτοις δὲ, ἢ ὃ μνημονικὸν μάλιστα ἐδόκῃ ἔχειν, καὶ τὸ προνοεῖν, μή τι κακὸν λάβῃ πρὸ ἡμῶν ἀμελοῦσα, καὶ σκοπεῖν, ὅπως χαριζομένη τι ἡμῖν, ὑφ' ἡμῶν ἀντιτιμήσεται.

ιβ'. Ἐδιδάσκομεν δὲ αὐτὴν καὶ εὐνοϊκῶς ἔχειν πρὸς ἡμᾶς, ὅτ' εὐφραινοίμεθα, τῶν εὐφροσυνῶν μεταδιδόντες, καὶ εἴ τι λυπηρὸν εἴη, εἰς ταῦτα προσκαλοῦντες. καὶ τὸ προθυμεῖσθαι δὲ συναύξειν τὸν οἶκον ἐπαιδεύομεν αὐτὴν, ἐπιγιγνώσκειν αὐτὴν ποιοῦντες, καὶ τὰ εὐπραγίας αὐτῇ μεταδιδόντες.

ιγ'. Καὶ δικαιοσύνην δ' αὐτῇ ἐνεποιοῦμεν, τιμιωτέρους [1] πεφέντες τοὺς δικαίους τῶν ἀδίκων, καὶ ἐπιδεικνύοντες πλουσιώτερον καὶ ἐλευθεριώτερον βιοτεύοντας τοὺς ἀδίκους· καὶ αὐτὴν δὲ ἐν [2] αὐτῇ τῇ χώρᾳ κατετάττομεν.

considerassemus, quæ nobis videretur, & gulæ maximè temperans, & in vino, & somno, & virorum consuetudine. Præterea quam memoriâ plurimum valere judicaremus, & prospiciendo, ne ob negligentiam à nobis puniretur, & considerando, quâ ratione gratum aliquid nobis faceret, ac vicissim ipsa honore à nobis adficeretur.

12. Eandem ut benevolo esset erga nos animo, consuefaciebamus, communicando cum ea lætitiam nostram, quoties læti essemus: ac si quid accidisset triste, ad hoc illam quoque advocando. Instituebamus itidem, ut cupida esset ad augendam rem nostram familiarem, dum quæ illa esset, non celaremus, nostræque fortunæ prosperæ participem faceremus.

13. Etiam justitiæ studium excitabimus in ea, dum majori justos honore quàm injustos prosequeremur; eosque vitam agere tùm opulentiorem, tum magis liberalem, quàm injustos, declararemus. Atque huic locum hunc adtribuebamus.

1 *sc.* ποιοῦντες. 2 Forsan ταυτῇ.

ιδ'. Επὶ δὲ τούτοις πᾶσιν εἶπον, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐγὼ τῇ γυναικὶ, ὅτι πάντων τούτων οὐδὲν ὄφελος, εἰ μὴ αὐτὴ ἐπιμελήσεται, ὅπως ἔμμονὴ ἐκάστῳ ἡ τάξις. ἐδίδασκον δὲ αὐτὴν, ὅτι καὶ ἐν ταῖς εὐνομουμέναις πόλεσιν οὐκ ἀρκεῖν δοκεῖ τοῖς πολίταις, ἢν νόμους καλοὺς γράψωνται, ἀλλὰ καὶ νομοφύλακας προσαιροῦνται, οἵτινες ἐπισκοποῦντες τὲ μὲν ποιοῦντα τὰ νόμιμα ἐπαινοῦσιν· ἢν δέ τις παρὰ τοὺς νόμους ποιῇ, ζημιοῦσι.

ιε'. Νομίσασ' οὖν ἐκέλευον (ἔφη) τὴ γυναῖκα καὶ αὐτὴν νομοφύλακα τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ εἶναι, καὶ ἐξετάζειν δὲ (ὅταν δόξῃ αὐτῇ) τὰ σκεύη, ὥσπερ ὁ πρύτανις τὰς φυλακὰς ἐξετάζει· καὶ δοκιμάζειν εἰ καλῶς ἕκαστον ἔχει, ὥσπερ ἡ βουλὴ ἵππους καὶ ἱππέας δοκιμάζει· καὶ ἐπαινεῖν δὲ καὶ τιμᾶν, ὥσπερ βασίλισσαν, τὰ ἄξιον ἀπὸ τῆς πρύτεως δυνάμεως, καὶ λοιδορεῖν καὶ κολάζειν τὰ τούτων δέοντα.

14. Cæterùm præter hæc omnia, mi Socrates, ait, uxori meæ dixi, nullum esse horum omnium usum, nisi studiosè daret operam ipsa, ut hic ordo in singulis maneret. Quinetiam docebam illam, in urbibus præclarè constitutis non videri civibus satis esse, si leges egregiæ scribantur: sed deligi quoque custodes earum, qui omnes inspiciendo, legibus obtemperantes laudent, & adversus eas delinquentes puniant.

15. Quamobrem, inquit, hortabar ut existimaret, uxorem domo præfectam esse quasi legum custodem: ac ubi visum ipsi sit lustrare vasa debere, quemadmodum præsidii magister vigilum copias lustrat: eidem explorandum esse, num rectè habeant omnia, quemadmodum senatus equos & equites explorat: etiam laudari ac ornari ab ipsa debere dignos tanquam à regina, pro ea quidem copia, quæ adsit, & probris incessi, ac puniri eos quos par esset.

ις'. Πρὸς δὲ τούτοις ἐδίδασκον αὐτὴν, ἔφη, ὡς οὐκ ἂν ἄχθοιτο δικαίως, εἰ πλείω αὐτῇ πράγματα παρεχοίην, ἢ τοῖς οἰκέταις περὶ τὰ χρήματα· ἐπιδεικνύων, ὅτι τοῖς μὲ οἰκέταις μέτεστι τῶν δεσποσύνων χρημάτων τοσοῦτον, ὅσον φέρειν, ἢ θεραπεύειν, ἢ φυλάττειν, χρῆσθαι δὲ οὐδενὶ αὐτῶν ἔξεστιν, ὅτῳ ἂν μὴ δῷ ὁ κύριος.

ιζ'. Δεσπότου δὲ ἅπαντά ἐστιν, [1] ᾧ ἂν βέλτιστα ἔχοι χρῆσθαι. ὅτῳ οὖν καὶ σωζομένων μεγίστη ὄνησις, καὶ φθειρομένων μεγίστη βλάβη, τούτῳ καὶ τὴν ἐπιμέλειαν μάλιστα προσήκουσαν ἀπέφαινον.

ιη'. Τί οὖν; ἔφην ἐγὼ, ὦ Ἰσχόμαχε, ταῦτα ἀκούσασα ἡ γυνὴ πῶς σοι ὑπήκουε; τί δὲ, ἔφη, εἰ μὴ εἶπέ γέ μοι, ὦ Σώκρατες, ὅτι οὐκ ὀρθῶς γιγνώσκοιμι, εἰ οἰοίμην καλεπὰ

16. Præterea docebam, inquit, eam non esse cur meritò molestè ferret, si fortunas quod nostras adtineret, plus ei laboris imponerem, quam famulis. Ostendebam enim servos herilium facultatum eatenus participes esse, quatenus interest illorum reddere, administrare, custodire: quum nemini concessus illarum sit usus, nisi cui tribuat hoc is cujus sunt in potestate.

Ὅταν δέ, ὦ Ἰσχόμαχε, ἔφην ἐγώ, ἱκανός σοι γένηται, ὥστε πειθομένους παρέχεσθαι, ἦ ἀποτετελεσμένον ἤδη τοῦτον ἡγῇ ὁπότερον; ἢ ἔτι τινὸς δεῖται ὁ ταῦτα ἔχων, ἃ σὺ εἴρηκας;

β'. Ναὶ μὰ Δί', ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, τό τε ἀπέχεσθαι τῶν δεσποσύνων, καὶ μὴ κλέπτειν. εἰ γὰρ ὁ τοὺς καρποὺς μεταχειριζόμενος τολμῴη ἀφαιρίζειν, ὥστε μὴ λείπειν λυσιτελοῦντας τοῖς ἔργοις, τί ἂν ὄφελος εἴη τὸ αὖ τῆς τούτου ὠφελείας γεωργεῖν;

γ'. Ἦ καὶ ταύτην οὖν, ἔφην ἐγώ, τὴν δικαιοσύνην σὺ δύνασθαι διδάσκειν; καὶ πάνυ, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος· ὅ γε μέντοι πάντας ἐξ ἑτοίμου εὑρίσκω δυναμένους τῆς διδασκαλίας ταύτης.

CAP. XIV.

QUum autem, inquam ego, villicus tibi satis, Ischomache, ad imperandum aliis idoneus factus est, ut jam illos obsequentes reddere possit; num illum jam perfectum tibi putas, an adhuc aliquid in eo desideratur, qui hæc, quæ tu narrasti, habet?

2. Desideratur profectò, inquit Ischomachus, nimirum herilibus à rebus ut abstineat, neque quidquam furtò subtrahat. Nam si is, qui fructus habet in manibus, ausit eos sic invertere, ut qui relinquuntur, operibus rusticis non prosint; cui quæso fuerit usui curatio hujus in agricultura?

3. Num igitur, inquam ego, hanc quoque justitiam tu docendam suscipis? Omnino, ait Ischomachus. Neque tamen omnes ad parendum huic doctrinæ satis promtos invenio.

δ'. Καίτοι τὰ μὲν, καὶ ἐκ τῶν Δράκοντος νόμων, τὰ δὲ καὶ ἐκ τῶν Σόλωνος πειρῶμαι, ἔφη, λαμβάνων, ἐμβιβάζειν εἰς τὴν δικαιοσύνην τοὺς οἰκέτας. δοκοῦσι γάρ μοι, ἔφη, καὶ οὗτοι οἱ ἄνδρες θεῖναι πολλοὺς τῶν νόμων ὑπὲ δικαιοσύνῃ τῆς τοιαύτης διδασκαλίας.

ε'. Γέγραπται γὰρ ζημιοῦσθαι ὑπὲ τοῖς κλέμμασι, καὶ δεδέσθαι ἢν τις ἄλλῳ ποιῶν, καὶ θανατοῦσθαι τοὺς ἐγχειροῦντας. δῆλον οὖν, ἔφη, ὅτι ἔγραφον αὐτὰ βουλόμενοι ἀλυσιτελῆ ποιῆσαι τοῖς ἀδίκοις τὴν αἰσχροκερδίαν.

ϛ'. Ἐγὼ οὖν, ἔφη, καὶ τούτων προφέρων ἔνια, καὶ ἄλλα τῶν [1] βασιλικῶν νόμων προφερόμενος, πειρῶμαι, δικαίους περὶ τὰ ἀμφισβητούμενα ἀπεργάζεσθαι τοὺς οἰκέτας.

ζ'. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οἱ νόμοι ζημίαν μόνον εἰσὶ τοῖς ἁμαρτάνουσιν, οἱ δὲ βασιλικοὶ νόμοι οὐ μόνον ζημιοῦσι τοὺς ἀδικοῦντας, ἀλλὰ καὶ ὠφελοῦσι τοὺς δικαίους. ὥστε ὁρῶντες πλου-

4. Quamobrem partim ex legibus Draconis, partim Solonis, quædam adſumere conor, quibus famulos inducam, ut juſtitiam colant. Videntur enim mihi etiam hi viri multas leges de juſtitia doctrinæ hujus condidiſſe.

5. Nam perſcripſerunt multandos eſſe, qui furtum faciant, ac deprehenſos eſſe vinciendos, morteque afficiendos qui aggrediuntur, & vim inferunt. Quamobrem perſpicuum eſt, eos has leges ſic perſcripſiſſe, ut qui turpem illum quæſtum vellent injuſtis inutilem reddere.

6. De his igitur quædam producens, atque alia de legibus regiis, famulos efficere juſtos in iis tractandis enitor, quæ in manibus habent.

7. Nam illæ quidem leges, tantùm pœnas delinquentibus conſtituunt; at regiæ non injuſtos tantùm puniunt, ſed juſtis etiam emolumentum afferunt. Quò fit, ut ple-

1 Conſule Archæologiam Cl. Potter. -- Et Meurſii Lib. 2. Sect. 35. de Legibus Atticis.

σιωτέρους γιγνομένους τοὺς δικαίους τῶν ἀδίκων πολλοί, καὶ φιλοκερδεῖς ὄντες, εὖ μάλα ὀπιμένουσι τῷ μὴ ἀδικεῖν.

η'. Οὓς δ' ἂν αὐθάνωμαι, ἔφη, ὅμως καὶ εὖ πάσχοντας, ἐπὶ ἀδικεῖν πειρωμένους, τούτους ὡς ἀνηκέστους πλεονεξίας ὄντας ἤδη καὶ τῆς χρήστου ἀποπαύω.

θ'. Οὓς δ' ἂν αὖ καταμάθω μὴ τῷ πλέον ἔχειν μόνον ἀλλὰ τῇ δικαιοσύνῃ ἐπαιρομένους δικαίους εἶναι, ἀλλὰ καὶ ὑπ' ἐπαινεῖσθαι ὀπιμιμοῦντας ἐμοῦ, τούτοις ὥσπερ ἐλευθέροις ἤδη χρῶμαι, οὐ μόνον πλουτίζων, ἀλλὰ καὶ τιμῶν ὡς καλούς τε καὶ ἀγαθούς.

ι'. Τούτῳ γάρ μοι δοκεῖ, ἔφη, ὦ Σώκρατες, διαφέρειν ἀνὴρ φιλότιμος ἀνδρὸς φιλοκερδοῦς, τῷ ἐθέλειν ἐπαίνου καὶ τιμῆς ἕνεκα καὶ πονεῖν ὅπου δεῖ, καὶ κινδυνεύειν, καὶ ἀπὸ χρημάτων κερδῶν ἀπέχεσθαι.

rique injuſti, dum juſtos locupletiores eſſe factos vident, præſertim quia lucri cupidi, egregiè ſe contineant, ne quid injuſtè faciant.

8. Quos autem animadverto beneficiis affectos, nihilominus injuſta moliri; illis, ut inſanabilis avaritiæ hominibus, uti deinceps deſino.

9. Rurſum quos animadvertero non tantùm elatis eſſe animis, quòd ob juſtitiam meliori conditione ſint, ſed etiam laudari à me cupere: hos velut ingenuos tracto, neque divites tantùm facio, ſed etiam honore proſequor, ut viros bonos & honeſtos.

10. Nam in hoc mihi, Socrates, differre vir honoris cupidus à lucri cupido videtur, quòd laudis honoriſque causâ & labores ſuſcipere, quum opus eſt, velit; & adire pericula, & à turpibus lucris abſtinere.

ΚΕΦ. ιε'.

Ἀλλὰ μέντοι ἐπειδήγε ἐμποιήσῃς τινὶ τὸ βέλεσθαί σοι εἶναι τἀγαθά, ἐμποιήσῃς δὲ τῷ αὐτῷ τούτῳ ἐπιμελεῖαν ὅπως ζῶντά σοι ἐπιτελῆται, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἐπιστήμων κτήσῃ αὐτῷ, ὡς ἂν ποιώμενα ἕκαστα τῶν ἔργων ὠφελιμώτερα γίγνοιτο· πρὸς δὲ τούτοις, ἄρχειν ἱκανὸν αὐτὸν ποιήσῃς, ὑπὸ δὲ τούτοις πᾶσιν, ἤδη τε σοὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς ὡραῖα [1] ἀποδεικνύοντα ὅτι πλεῖστα, ὥσπερ σὺ σαυτῷ· οὐκέτι ἐρήσομαι πρὸς τοῦτο, εἰ ἔτι τινὸς ὁ ζιῶτος προσδεῖται· πάνυ γάρ μοι δοκῇ ἤδη πολλοῦ ἂν ἄξιος εἶναι ἐπίτροπος, ὢν ζιῶτος.

β'. Ἐκεῖνο μέντοι, ἔφην ἐγὼ, ὦ Ἰσχόμαχε, μὴ ἀπολίπῃς, ὃ ἡμῖν ἀρτίως ἐπιδεδράμηκας τοῦ λόγου. Τὸ ποῖον; ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος. ἔλεξας δήπου, ἔφην ἐγὼ, ὅτι μέγιστον εἴη μαθεῖν, ὅπως δεῖ ἐργάζεσθαι ἕκαστα· εἰ δὲ μή, οὐδὲ τῆς

CAP. XV.

SEd enim postquam hoc alicujus animo indidisti, ut prosperè tibi omnia cedere velit, atque etiam ut curam adhibeat ad perficienda hæc tibi; ac præterea comparasti ei scientiam, ut opera singula majori cum utilitate fiant, idoneum insuper ad regendum effeciſti, denique talem, ut tibi terrâ nata suo tempore uberrima exhibeat idem, ac tu ipse tibi: non jam amplius de hoc interrogabo, num quid in eo desideretur. Nam mihi videtur hoc modo villicus esse quantivis pretii, qui quidem talis sit.

2. Verùm hoc, inquam, Ischomache, ne omiseris, quod à nobis dicendo levissimè percursum est. Quid hoc est? ait Ischomachus. Dixisti scilicet, inquam, maximum esse quiddam discere, quo pacto sunt elaboranda omnia. Quod nisi fiat, ne studii quidem & curæ aiebas usum

1 Legitur ἀποδεικνύων. --- ἀποδεικνύσῃ, vel ἀποδεικνύῃ. Emendationes Steph.

ὀπιμελείας ἔφησα ὄφελος οὐδὲν γίγνεσθαι, εἰ μή τις ὀπίσαθο ἃ δεῖ, καὶ ὡς ποιεῖν.

γ'. Ἐνταῦθα δὴ εἶπεν ὁ Ἰσχόμαχος· τὴν τέχνην με ἤδη, ὦ Σώκρατες, κελεύεις αὐτὴν διδάσκειν τὴν γεωργίας; αὕτη γὰρ ἴσως, ἔφην ἐγώ, ἤδη ἐστὶν ἡ ποιοῦσα τοὺς μὲν ὀπισαμένους αὐτὴν πλουσίους, τοὺς δὲ μὴ ἐπισαμένους, πολλὰ πονοῦντας, ἀπόρως βιοτεύειν.

δ'. Νὴ Δία, ἔφη, ὦ Σώκρατες, καὶ τὴν φιλανθρωπίαν γοῦν τῆς τέχνης ἀκούσῃ. τὸ γὰρ ὠφελιμωτάτην οὖσαν, καὶ ἡδίστην ἐργάζεσθαι, καὶ καλλίστην, καὶ προσφιλεστάτην θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις, ἔτι πρὸς τούτοις καὶ ῥᾴστην εἶναι μαθεῖν, πῶς οὐχὶ γενναῖόν ἐστι; γενναῖα δὲ δήπου καλοῦμεν καὶ τῶν ζώων ὁπόσα καλὰ, καὶ μεγάλα, καὶ ὠφέλιμα ὄντα, πρᾳέα ἐστὶ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους.

ε'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐγὼ, ἔφην, ὦ Ἰσχόμαχε, ἱκανῶς

ullum esse, nisi quis videlicet intelligeret, quæ & qua ratione facienda sint.

3. Tum Ischomachus: Tune me, inquit, artem ipsam agriculturæ jam docere jubes, Socrates? Nimirum, inquam ego, hæc ea est, quæ peritos ipsius locupletes efficit; imperitos autem, tametsi magnopere laborent, nihilominus in rerum inopia vitam agere sinit.

4. Ergo jam, mi Socrates, quæ artis hujus erga homines sit benignitas, audies. Nam quo pacto non generosum sit aliquid, eam & utilissimam esse, & exercendo jucundissimam, & pulcherrimam, & acceptissimam tum Diis tum hominibus, ac præter hæc etiam facillimam ad perdiscendum? Nimirum & animalia generosa vocamus, quæcunque quum pulchra sint, & procera, & utilia mansueta sunt erga homines.

5. At enim ista, inquam, Ischomache, quo pacto abs

1 κ. ἀς ἔφην ἐγώ.

δοκῶ καταμεμαθηκέναι ἢ εἶπας, καθὰ δεῖ διδάσκειν τὸν ἐπίτροπον. καὶ γὰρ ἦν ἔφην εὖ οἶδα σοι ποιεῖν αὐτὸν μαθεῖν δοκῶ, καὶ ἦν ἐπιμελῆ, καὶ ἀρχικὸν, καὶ δίκαιον.

ς'. Ὁ δὲ εἶπας, ὡς δεῖ μαθεῖν τὰ μέλλοντα ὀρθῶς γεωργίας [1]ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ἃ δεῖ ποιεῖν, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὁπότε ἕκαστα, ταῦτά μοι δοκῶ μὲν, ἔφην ἐγὼ, ἀρτίως πως ἐπιδεδραμηκέναι τῷ λόγῳ.

ζ'. Ὥσπερ εἰ εἴποις, ὅτι δεῖ γράμματα ἐπίστασθαι τὰ μέλλοντα δυνήσεσθαι τὰ ὑπαγορευόμενα γράφειν, καὶ τὰ γεγραμμένα ἀναγινώσκειν. ταῦτα γὰρ ἐγὼ ἀκούσας, ὅτι μὲν δεῖ γράμματα ἐπίστασθαι, ἠκηκόειν ἄν· τοῦτο δὲ εἰδὼς, οὐδέν τι, οἶμαι, μᾶλλον ἂν ἐπισταίμην γράμματα.

η'. Οὕτω δὲ καὶ νῦν ὅτι μὲν δεῖ ἐπίστασθαι γεωργίαν τὰ μέλλοντα ὀρθῶς [2]ἐπιμελεῖσθαι αὐτῆς, ῥᾳδίως πέπεισμαι·

te ſunt expoſita, ſatis intellexiſſe videor, quomodo ſcilicet villicus inſtituendus ſit. Nam didiciſſe me arbitror, qua ratione dixeris efficiendum, ut benevolo ſit erga te animo, & diligens, & ad regendum idoneus, & juſtus.

6. Quòd autem aiebas, diſcendum eſſe illi, qui rectè rem ruſticam curare velit, quæ facienda ſint, & quomodo, & quando ſingula: ea mihi videmur, inquam, levius nonnihil oratione noſtra percurriſſe.

7. Perinde ac ſi dicas, eſſe neceſſarium, ut litteras ſciat is, qui ſcribere, quæ dictantur, & ſcripta relegere velit. Nam his auditis, equidem huic litteras eſſe notas oportere, audiverim: id verò ſi ſciam, nihilo magis, meâ quidem ſententiâ, litteras ſcivero.

8. Sic nunc quoque peritum eſſe debere illum agriculturæ, qui curationem ejus rectè ſuſcipere velit, facile per-

1 2 γρ. ἐπιμελήσεσθαι.

τῦτο μέντοι εἰδὼς, ὁδέν τι μᾶλλον ὀπίσαμαι, ὅπως δῇ γεωργεῖν.

θ'. Αλλ' εἰ μοι αὐτίκα μάλα δόξειε γεωργεῖν, ὅμοιός ἂν μοι δοκῶ εἶναι τῷ θεϊόντι ἰατρῷ, καὶ [1] ἐπισκοποῦντι τὰς κάμνοντας, εἰδότι δὲ ὁδὲν ὅ, τι συμφέρῃ τοῖς κάμνουσιν. ἵν' οὖν μὴ τοιῦτος ὦ, ἔφην ἐγὼ, δίδασκέ με αὐτὰ τὰ ἔργα τῆς γεωργίας.

ι'. Αλλὰ μὴν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὐχ ὥσπερ γε τὰς ἄλλας τέχνας καταπεφθῆναι δῇ μανθάνοντας, σχεδὸν ἄξια τῆς τροφῆς ἐργάζεσθαι τὸν διδασκόμενον, οὐχ οὕτω καὶ ἡ γεωργία δύσκολός ἐστι μαθεῖν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἰδὼν ἂν ἐργαζομένους, τὰ δὲ ἀκούσας, εὐθὺς ἂν ἐπίσαιο, ὥστε καὶ ἄλλον, εἰ βούλοιο, διδάσκειν.

ια'. Οἴομαι δ', ἔφη, πάνυ καὶ λελῆθέναι πολλὰ σεαυτὸν ἐπιτάμενον αὐτῆς· καὶ γὰρ δὴ οἱ μὲ ἄλλοι τεχνῖται ἀποκρύ-

suasus sum: sed quum id scio, nihilo magis teneo, quo pacto agricultura sit exercenda.

9. Adeoque si statuero mox agrum colere, similis esse mihi videbor medico, qui circumeat ille quidem, & ægrotantes inspiciat: verùm nihil sciat, quod eis sit usui. Quapropter ne talis sim, inquam, ipsa me agriculturæ opera doceto.

10. Enimvero, mi Socrates, ait, non sic ad discendum agricultura difficilis est, ut artes cæteræ, quibus discendis prope consumi necesse est prius quàm discipulus exercere opus possit, quod ipsi alendo satis sit: sed partim operarios inspiciendo, partim audiendo tantùm, mox cognoveris, ut etiam alium, si velis, docere possis.

11. Quinetiam arbitror, inquit, ne ipsum quidem te scire, quòd magnam ejus partem jam teneas. Nam cæteri quidem artifices aliquo modo celant ea quæ sunt

1 κ. θεισκοποῦντι.

πονταί πως τὰ ἐπιμελώτατα ἧς ἕκαστος ἔχει τέχνης· τῶν δὲ γεωργῶν ὁ κάλλιστα μὲν φυτεύων, μάλιστ' ἂν ἥδοιτο, εἴ τις αὐτὸν ἐρῴτο· ὁ κάλλιστα δὲ σπείρων, ὡσαύτως.

ιϐ'. Ὅ, τι δὲ ἔρροι τῶν καλῶς πεποιημένων, οὐδὲν ὅ, τι ἂν σε ἀποκρύψαιτο, ὅπως ἐποίησεν. οὕτω γὰ τἀ ἤθη, ὦ Σώκρατες, ἔφη, γενναιοτάτους τοὺς αὐτῇ σπουδάντας ἡ γεωργία ἔοικε παρέχεσθαι.

ιγ'. Ἀλλὰ τὸ μὲν προοίμιον, ἔφην ἐγὼ, καλόν, καὶ οὐκ οἷον ἀκούσαντα ἀποτρέπεσθαι τὸν ἐρωτήσαντα. σὺ δὲ, ὅτι εὐπρεπές ἐστι μαθεῖν, διὰ τοῦτο πολύ μοι μᾶλλον διέξιθι αὐτῶν. οὐ γὰρ σοι αἰσχρὸν τὰ ῥᾴδια διδάσκειν ἐστὶν, ἀλλ' ἐμοὶ πολὺ αἴσχιον, μὴ ἐπίστασθαι, ἄλλως τε καὶ εἰ χρήσιμα ὄντα τυγχάνει.

in arte cujuſvis opportuniſſima: verùm ex agricolis qui egregiè conſerit, maximam voluptatem capit, ſi eum alius adſpectet: itidem putabis de eo qui ſemina rectiſſimè ſpargit.

12. Quòd ſi etiam roges de iis quæ pulcherrimè ſunt elaborata, nihil te celabit, quo pacto ſingula fecerit. Adeo, mi Socrates, ait, etiam mores quod attinet, agricultura generoſiſſimos efficere videtur illos qui in ea verſantur.

13. Enimvero, inquam ego, proœmium ipſum pulchrum eſt, neque auditorem ab interrogando avertet. Tu verò propterea, quod decorum ſit diſcere, multo magis eam mihi enarrato. Nam tibi turpe non eſt, quæ facilia ſunt, docere: ſed mihi longè turpius, ea neſcire, præſertim quum ſint utilia.

ΚΕΦ. ιϛ'.

Πρῶτον μὲν δίκαιον, ἔφη, ὦ Σώκρατες, τοῦτο ὑπιδεῖξαι βούλομαί σοι, ὡς οὐ χαλεπόν ἐστιν, ὃ λέγουσι ποικιλώτατον τῆς γεωργίας εἶναι οἱ λόγῳ μὲν ἀκριβέστατα αὐτὴν διεξιόντες, ἥκιστα δὲ ἐργαζόμενοι.

β'. Φασὶ γὰρ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς γεωργήσειν, τὴν φύσιν χρῆναι πρῶτον τῆς γῆς εἰδέναι. ὀρθῶς γε, ἔφην ἐγώ, ταῦτα λέγοντες. ὁ γὰρ μὴ εἰδὼς ὅ, τι δύναται ἡ γῆ φέρειν, οὐδὲ ὅ, τι σπείρειν, οἶμαι, οὐδὲ ὅ, τι φυτεύειν δῆ, εἰδείη ἄν.

γ'. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, καὶ ἀλλοτρίας γῆς τοῦτό ἐστι γνῶναι ὅ, τε δύναται φέρειν, καὶ ὅ, τι μὴ δύναται, ὁρῶντα τὰς καρποὺς καὶ τὰ δένδρα. ἐπειδήμέντοι γνῷ τις, οὐκέτι συμφέρῃ θεομαχεῖν. οὐ γὰρ ἂν ὅτου δέοιτο αὐτὸς, τοῦτο σπείρων καὶ φυτεύων, μᾶλλον

CAP. XVI.

PRimùm igitur, ait, mi Socrates, demonſtrare tibi volo, non eſſe difficile, quod in agricultura maximè varium eſſe prædicant, qui de illa plurimum verbis diſſerunt, quum eam exercendo non attingant.

2. Aiunt enim illi, qui agrum rectè colere velit, primùm ſoli naturam eſſe debere cognitam. Ac rectè quidem, inquam ego, idipſum aiunt. Nam qui compertum non habet, quid ferre ſolum poſſit; is etiam, meâ ſanè ſententiâ, quæ ſemina ſpargenda, quid conſerendum ſit, ſcire non poterit.

3. Id verò, ſubjecit Iſchomachus, vel alieno in ſolo licet cognoſcere, quid ferre vel poſſit, vel non poſſit, ſi quis & fructus & arbores inſpiciat. Poſteaquam verò quis hoc cognovit, non amplius cum Deo bellum expedit gerere. Non enim id, quo indiget, ſeminando & conſe-

ἂν ἔχοι τὰ ἐπιτήδεια, ἢ ὅ, τι ἡ γῆ ἤδειτο φύσα καὶ τρέφουσα.

δ'. Ἦν δ' ἄρα δι' ἀργίαν τῶν ἐχόντων αὐτὴν μὴ ἔχῃ τὴν ἑαυτῆς δύναμιν ἐπιδεικνύναι, ἔστι καὶ τοῦτο γείτονος τόπου πολλάκις ἀληθέστερα περὶ αὐτῆς γνῶναι, ἢ τοῦτο γείτονος ἀνθρώπου πυθέσθαι.

ε'. Καὶ χερσεύουσα δὲ ὅμως ἐπιδείκνυσι τὴν αὐτῆς φύσιν. ἡ γὰρ τὰ ἄγρια καλὰ φύουσα, δύναται θεραπευομένη καὶ τὰ ἥμερα καλὰ ἐκφέρειν. φύσιν μὲν δὴ γῆς οὕτω καὶ οἱ μὴ πάνυ ἔμπειροι γεωργίας ὅμως δύνανται διαγιγνώσκειν.

ς'. Ἀλλὰ τοῦτο μέν, ἔφην ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, ἱκανῶς ἤδη μοι δοκῶ ἀποπεθαρρηκέναι, ὡς οὐ δὴ φοβούμενον, μὴ οὐ γνῶ τὴν γῆς φύσιν, ἀπέχεσθαι γεωργίας.

ζ'. Καὶ γὰρ δή, ἔφην, ἀνεμνήσθην τὸ τῶν ἁλιέων, ὅτι

rendo, majorem victûs copiam conſequetur, quàm quantam ſolum lubens proferet ac educabit.

4. At ſi ob ignaviam poſſeſſorum vires ſuas declarare nequeat, ſæpenumero ex loco vicino veriora de ejus natura cognoſci poſſunt, quàm ſi vicinum aliquem interroges.

5. Quinetiam incultum ſi ſit, nihilominus naturam ſuam indicat. Etenim quod producit etiam agreſtes fructus pulchros, ſi colatur, mites quoque fructus pulchros proferre poterit. Ac ſoli naturam hoc modo etiam ii, qui agriculturæ non admodum periti ſunt, diſcernere poſſunt.

6. Enimvero hac in parte, inquam, Iſchomache, ſatis jam mihi confidere videor; ut metuendum non ſit, ne, quòd ſoli naturam cognitam non habeam, abſtineam me ab agricultura.

7. Nam recordor, quod piſcatores faciant, qui quum

θαλαττουργοὶ ὄντες, καὶ οὔτε καταστήσαντες ὅπῃ θέαν, οὔθ' ἡσυχῇ βαδίζοντες, ἀλλὰ παραπέχοντες ἅμα τοὺς ἀγροὺς, ὅταν ὁρῶσι τοὺς καρποὺς ἐν τῇ γῇ, ὅμως οὐκ ὀκνοῦσιν ἀποφαίνεσθαι περὶ τῆς γῆς, ὁποία τε ἀγαθή ἐστι, καὶ ὁποία κακή· ἀλλὰ τὴν μὲν ψέγουσι, τὴν δ' ἐπαινοῦσι. καὶ πάνυ δοκοῦσι τοῖς ἐμπείροις γεωργίας ὁρᾶν αὐτοὺς ταπλεῖστα κτήματα ἀποφαινομένους περὶ τῆς ἀγαθῆς γῆς.

η'. Πόθεν οὖν βούλῃ, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἄρξωμαί σε τῆς γεωργίας ὑπομιμνήσκειν; οἶδα γάρ, ὅτι ὀπτιαμυῶ σοι πάνυ πολλὰ φράσω ὡς δεῖ γεωργεῖν.

θ'. Ἐκεῖνό μοι δοκεῖ, ἔφην ἐγὼ, ὦ Ἰσχόμαχε, πρῶτον ἂν ἥδεως μανθάνειν (φιλοσόφου γὰρ μάλιστά ἐστιν ἀνδρὸς) ὅπως ἂν ἐγὼ, εἰ βουλοίμην, γῆν ἐργαζόμενος, πλείστας κριθὰς, καὶ πλείστους πυροὺς λαμβάνοιμι.

ι'. Οὐκοῦν, τοῦτο μὲν οἶδα, ὅτι τῷ σπόρῳ νεὼν δεῖ ὑπο-

in mari occupentur, neque conſiſtant ad inſpectionem, neque lentè progrediantur, ſed rura curſu prætereant: nihilominus ubi fructus ſoli vident, haudquaquam pronuntiare de ſolo, quodnam bonum, quodve malum ſit, dubitant: ſed hoc vituperant, illud laudant. Adeoque video illos eodem modo de bono ſolo pronuntiare, quo ſolent agriculturæ periti.

8. Unde vis igitur, inquit, mi Socrates, ut incipiam de agricultura tibi quædam in mentem revocare? Nam futurum ſcio, ut quo pacto colendus ſit ager, indicaturus ſim tibi, qui horum maximam partem ſcis.

9. Videor, inquam, primum hoc libenter ſcire cupere, mi Iſchomache, quandoquidem hominis eſt maximè ſapientiæ ſtudioſi, quo pacto, ſi ita lubeat, terram exercendo maximam hordei, maximam tritici copiam conſequi poſſim.

10. Ergone nôſti, novalem præparari oportere ad ſa-

γάζεσθαι; οἶδα γάρ, ἔφην ἐγώ. εἰ οὖν ἀρχοίμεθα, ἔφη, ἀρόσεως τοῦ χειμῶνος; Ἀλλὰ πηλὸς ἂν εἴη, ἐγὼ ἔφην. ἀλλὰ τῷ θέρους σοι δοκεῖ; σκληρὰ, ἔφην ἐγὼ, ἔσται ἡ γῆ κινεῖν τὰ ζῶα.

ια'. Κινδυνώδες ἔαρος, ἔφη, εἶναι τοῦτο τοῦ ἔργου ἄρχεσθαι. εἰκὸς γὰρ, ἔφην ἐγὼ, ὅτι μάλιστα χεῖσθαι τοῦτο τοῦχαῦτα κινούμενον. καὶ τοῦ πόαν γε ἀναστρεφομένην, ἔφη, ὦ Σώκρατες, τοιχαῦτα κόπρον μὲν τῇ γῇ ἤδη παρέχειν, καρπὸν δ' οὔπω καταβαλεῖν, ὅταν φύεσθαι.

ιβ'. Οἶμαι γὰρ δὴ καὶ τοῦτό ὅτι γιγνώσκειν, ὅτι εἰ μέλλει ἀγαθὴ ἡ νέος ἔσεσθαι, ὕλης τε δεῖ καθαρᾶν αὐτοῦ εἶναι, καὶ ὅπῃ ὅτι μάλιστα τοῦς τὸν ἥλιον. πάνυ γε, ἔφη ἐγὼ, καὶ ταῦτα οὕτως ἡγοῦμαι χρῆναι ἔχειν.

ιγ'. Ταῦτ' οὖν, ἔφη, σὺ ἄλλως πως νομίζεις μᾶλλον ἂν γίγνεσθαι, ἢ εἰ ἐν τῷ θέρει ὅτιπλειστάκις μεταβάλοι τις τὴν γῆν;

tionem? Novi, inquam. Quid igitur, ait, si ſolum hiemis tempore incipiamus arare? At verò, inquam ego, tum non niſi lutum fuerit. Num igitur æſtate tibi faciundum id videtur? Durior, inquam, erit terra; quàm ut moveri à jumentis poſſit.

11. Fortaſſis igitur, inquit, verno tempore fuerit hoc opus inchoandum. Nimirum conſentaneum eſt, inquam, tum ſolum maximè motum diffundi. Immo etiam herbam ipſam aratro inverſam, mi Socrates, ait, tunc fimi quidèm aliquid ſolo ſuppeditare; ſed nondum ſemen de ſe ſpargere, de quo poſſit aliquid enaſci.

12. Nam meâ ſanè ſententiâ, puto id quoque intelligi poſſe, ſi bona futura ſit novalis, neceſſariò puram à materia eſſe debere, ac ad ſolem maximè toſtam. Omnino, inquam, exiſtimo debere ad hunc modum hæc ſeſe habere.

13. Tune verò putas, inquit, aliter fieri ea poſſe potius, quàm ſi quis ſæpiſſimè per æſtatem terram invertat?

οἶδα μὲν οὖν, ἔφην, ἀκριβῶς, ὅτι ὡδαμῶς ἂν μᾶλλον ἡ μὲν ὕλη ὑπιπολάζοι καὶ αὐαίνοιτο ὑπὸ τοῦ καύματος, ἡ δὲ γῆ ὀπτῷτο ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ἢ εἴπερ αὐτὼ ἐν μέσῳ τῷ θέρει καὶ ἐν μέσῃ τῇ ἡμέρᾳ κινοίη τῷ ζεύγει.

ιδ'. Εἰ δὲ ἄνθρωποι σκάπτοντες τὼ νέον ποιεῖν, ἔφη, οὐκ εὔδηλον, ὅτι καὶ τούτους δίχα δεῖ ποιεῖν τὼ γῆν καὶ τὼ ὕλην; καὶ τὼ μέν γε ὕλην, ἔφην ἐγὼ, καταβάλλειν, ὡς αὐαίνηται ὑπιπολῆς, τὼ δὲ γῆν τρέφειν, ὡς ἡ ὠμὴ αὐτῆς ὀπτῷτο.

ΚΕΦ. ιζ.

ΠΕρὶ μὲν δὴ νεοῦ ὁρᾷς, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὡς ἀμφοτέροις ἡμῖν ταυτὰ δοκεῖ. δοκεῖ γὰρ οὖν, ἔφην ἐγώ. περὶ γε μέντοι τοῦ σπόρου ὥρας ἄλλο τι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, γιγνώσκεις, ἢ τὼ ὥραν σπείρειν, ἧς πάντες μὲν οἱ πρόσθεν ἄν-

Equidem accuratè ſcio, inquam, nullo modo magis fieri, ut materia ſummo in ſolo appareat, & ab æſtu exſiccetur, ſolum verò à ſole torreatur; quàm ſi quis terram æſtate media, atque etiam in meridie jumentis moveat.

14. Quòd ſi homines fodiendo novalem faciant, ait, an non perſpicuum eſt, eos quoque ſolum à materia ſeparare debere? Ac materiam quidem, inquam ego, projicere, ut in agri ſuperficie areſcat: terram autem invertere, ut pars ejus cruda torreatur.

CAP. XVII.

DE novali, inquit, vides mi Socrates, utrique noſtrûm eadem videri. Videtur ſanè, inquam ego. De ſementis autem tempore, num aliquid aliud ſtatuis, ait, mi Socrates; quàm id ejus eſſe tempus, quod omnes ſupe-

ϑρωποι πεῖραν λαβόντες, πάντες δὲ οἱ νῦν λαμβάνοντες, ἐγνώκασι κρατίστην εἶναι;

β'. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ μεσοπωρινὸς χρόνος ἔλθῃ, πάντες τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸν Θεὸν ἀποβλέπουσιν, ὁπότε βρέξας τὴν γῆν ἀφήσῃ αὐτοὺς σπείρειν. ἐγνώκασι δέ γ', ἔφην ἐγὼ, ὦ Ἰσχόμαχε, καὶ ὃ μὴ ἐν [1] ξηρᾷ σπείρειν ἐκόντες εἶναι πάντες ἄνθρωποι, δηλονότι πολλαῖς ζημίαις παλαίσαντες οἱ πρὶν κελευσθῆναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ σπείραντες.

γ'. Οὐκοῦν ταῦτα μὲν, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, ὁμογνωμονοῦμεν πάντες οἱ ἄνθρωποι. ἃ γὰρ ὁ Θεὸς διδάσκῃ, ἔφην ἐγὼ, οὕτω γίγνεται ὁμονοεῖν. οἷον ἅμα πᾶσι δοκεῖ βέλτιον εἶναι, ἐν τῷ χειμῶνι παχέα ἱμάτια φορεῖν, ἢν δύωνται· καὶ πῦρ καίειν ἅμα πᾶσι δοκεῖ, ἢν ξύλα ἔχωσιν.

δ'. Ἀλλ' ἐν τῷδε, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, πολλοὶ ἤδη ἀφα-

riorum ætatum homines experti, itidemque qui nunc vivunt, experiendo optimum esse animadverterunt?

2. Nam quum autumnale tempus advenerit, homines omnes ad Deum respiciunt, quando terra irrigata seminandi potestatem eis facturus sit. Et sunt certè, inquam ego, mi Ischomache, omnes in ea sententia homines, ut sua quidem cum voluntate nequaquam arido in solo semen jaciant: nimirum quòd multis cum damnis conflictati essent, qui priùs sementem fecerant, quàm jussi à Deo fuissent.

3. Ergo in his, inquit Ischomachus, omnium hominum eadem est sententia. Nimirum quæ Deus docet, inquam ego, in iis accidit, ut consentiamus. Verbi gratiâ, videtur omnibus melius esse, ut hyeme vestes crassiores, si quidem possint, homines gestent. Etiam tum statuunt omnes ignem accendendum esse, si ligna suppetant.

4. Verùm in hoc, ait Ischomachus, valde dissident

1 *sc.* ἐν ξηραῖς.

φέρωλαι, ὦ Σώκρατες, περὶ τῦ σπόρυ, πότερον ὁ πρώϊμος κρίτιος, ἢ ὁ μέσος, ἢ ὁ ὀψιμώτατος. καὶ ὁ Θεὸς, ἔφην ἐγὼ, ὐ ταυτὸν ἐνιαυτὸν τὸ ἔτος ἄγει· ἀλλὰ ὅ μὲ τῷ πρωΐμῳ κάλλιστα, ὅ δὲ τῷ μέσῳ, ὅ δὲ τῷ ὀψιμωτάτῳ.

ε'. Σὺ οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, πότερον ἡγῇ κρεῖττον εἶναι, ἑνὶ τούτων τῶν σπόρων χρῆσθαι ἐκλεξάμενον, ἐάν τε πολὺ, ἐάν τι ὀλίγον σπέρμα σπείρῃ τις, ἢ ἀρξάμενον ἀπὸ τῦ πρωϊμωτάτυ μέχρι τῦ ὀψιμωτάτυ σπείρειν;

ς'. Καὶ ἐγὼ εἶπον· ἐμοὶ μὲν, ὦ Ἰσχόμαχε, δοκεῖ κρεῖττον εἶναι πάντως μετέχειν τῦ σπόρυ. πολὺ γὰρ νομίζω κρεῖττον εἶναι, ἀεὶ ἀρκοῦντα σῖτον λαμβάνειν, ἢ ποτὲ μὲν πάνυ πολὺν, ποτὲ δὲ μηδ' ἱκανόν. καὶ τοῦτο οἶνον σύ γε, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁμογνωμονεῖς ἐμοὶ, ὁ μανθάνων τῷ διδάσκοντι, καὶ ταῦτα πρόσθεν ἐμοῦ τὴν γνώμην ἀποφαινόμενος.

ζ'. Τί γάρ; ἔφην ἐγὼ, ἐν τῷ ῥίπτειν τὸ σπέρμα πολ-

multi, mi Socrates, num optima ſit, ſementis præcox, an media, an ſerotina. Deus ipſe, inquam ego, non eodem ordine annos vertit, ſed hic præcoci ſementi commodiſſimus eſt, ille mediæ, alius ſerotinæ.

5. Tu ergo, mi Socrates, ait, utrum ducis unam ex his ſementibus eligendam eſſe, ſive quis multum, ſive parum ſeminis jaciat: an facto à maximè præcoce initio, ſeminandum uſque ad maximè ſerotinam?

6. Tum ego: Mihi verò videtur, inquam, Iſchomache, optimum eſſe, ut omnis ſementis participes ſimus. Nam longè melius eſſe arbitror, ſemper tantum frumenti accipere, quantum ſatis ſit: quàm aliquando admodum multum, aliquando ne tantum quidem, quantum ſufficiat. Ergo tu, ait, hac etiam in parte mecum eadem es in ſententia, mi Socrates, diſcipulus ſcilicet cum doctore, & quidem ante me, quid tui eſſet judicii, pronuntians.

7. Quid verò? inquam ego, num in ſemine jaciendo

καλὴ τέχνη ἔνεστι; πάνυ, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὑποσκέψωμεθα καὶ τοῦτο. ὅτι μὲν γὰρ ἐκ τῆς χειρὸς δεῖ ῥίπτειν τὸ σπέρμα, καὶ σύ που οἶσθα, ἔφη. καὶ γὰρ ἑώρακα, ἔφην ἐγώ. ῥίπτειν δέ γε, ἔφη, οἱ μὲν ὁμαλῶς δύνανται, οἱ δ' οὔ. οὐκοῦν τοῦτο μέν, ἔφην ἐγώ, ἤδη μελέτης δεῖται, ὥσπερ τοῖς κιθαριστικοῖς ἡ χείρ, ὅπως δύνηται ὑπηρετεῖν τῇ γνώμῃ. πάνυ μὲν οὖν, ἔφη.

η'. Ἦν δέ γε ᾖ, ἔφη, ἡ γῆ ἡ μὲν λεπτοτέρα, ἡ δὲ παχυτέρα; τί τοῦτο, ἐγὼ ἔφην, λέγεις; ἆρά γε τὴν μὲν λεπτοτέραν, ὅπερ ἀσθενεστέραν, τὴν δὲ παχυτέραν, ὅπερ ἰσχυροτέραν; τοῦτ', ἔφη, λέγω. καὶ ἐρωτῶ γέ σε, πότερον ἴσον ἂν ἑκατέρᾳ τῇ γῇ σπέρμα διδοίης, ἢ ποτέρᾳ ἂν πλεῖον.

θ'. Τῷ μὲν οἴνῳ, ἔφην ἔγωγε, νομίζω τῷ ἰσχυροτέρῳ πλεῖον ὑδατοῦν ὕδωρ· καὶ ἀνθρώπῳ τῷ ἰσχυροτέρῳ πλεῖον βάρος, ἐὰν δέῃ τι φέρειν, ὑποτιθέναι· καὶ ἂν δέῃ τρέφεσθαί τινας

varia quædam ars ineſt? Omnino, mi Socrates, ait, hoc etiam conſideremus. Nam de manu quidem ſemen eſſe projiciendum, opinor te quoque ſcire. Nimirum, inquam, hoc vidi. At projicere alii æqualiter poſſunt, ait; alii non poſſunt. Hoc igitur, inquam ego, indiget exercitatione, perinde ac citharædorum manus, ut inſervire voluntati animi poſſit. Omnino, inquit.

8. At ſi fuerit, ait, ſolum aliud tenuius, aliud denſius? Quid hoc, inquam, dicis? Num tenuius vocas quod eſt imbecillius, denſius autem, quod robuſtius? Hoc ipſum, inquit, dico. Atque adeo te interrogo, num ſeminis tantundem utrique ſolo mandaturus ſis, vel utri plus?

9. Equidem, inquam, vino fortiori plus aquæ adfundere ſoleo: & homini robuſtiori plus oneris, ſi quid portandum ſit, imponere: ac ſi qui ſint alendi, mandaturus

1 Videtur deeſſe Infinitivus δεῖν, aut χρῆναι· alioqui νομίζω erit pro ſoleo. Steph. Vide Pag. ſequenti Sect. ια'.

τοῖς δυνατωτέροις τρέφειν ἂν σοῦ πλείους τροφάξαιμι. εἰ δὲ ἡ ἀσθενὴς γῆ ἰσχυροτέρα, ἔφην ἐγὼ, γίγνεται, ἰὼ τις πλείονα καρπὸν αὐτῇ ἐμβάλῃ, ὥσπερ καὶ ὑποζύγια, τοῦτο σύ με δίδασκε.

ι'. Καὶ ὁ Ἰσχόμαχος γελάσας ἔφη· Ἀλλὰ παίζεις μὲν σύ γε, ἔφη, ὦ Σώκρατες. εὖ γε μέντοι ἴσθι, ἔφη, εἰ μὲν ἐμβαλὼν ὅ σπέρμα τῇ γῇ, ἔπειτα ὑπ' ὦ πολλοῦ ἔχῃ τροφοῦ ἡ γῆ ἀπὸ τοῦ ἀέρος, χλόης γενομένης ἀπὸ τοῦ σπέρματος, καταστρέψῃς αὐτὸ πάλιν, τοῦτο [1] γίγνεται σῖτος τῇ γῇ, καὶ ὥσπερ ὑπὸ κόπρου ἰσχὺς αὐτῇ ἐγγίγνεται. ἢν μέντοι ἐκτρέφειν ἐᾷς τὸ χλοῦν μηδὲ τέλος ὅ σπέρμα εἰς καρπὸν, χαλεπὸν τῇ ἀσθενεῖ γῇ ἐς τέλος πολλοῦ καρποῦ ἐκφέρειν· καὶ σοὶ δὲ ἀσθενεῖ χαλεπὸν πολλοὺς ἀδρούς κόρους ἐκτρέφειν.

ια'. Λέγεις σὺ, ἔφην ἐγὼ, ὦ Ἰσχόμαχε, τῇ ἀσθενεστέρᾳ γῇ μεῖον δεῖν τὸ σπέρμα ἐμβαλεῖν; ναὶ μὰ Δί', ἔφη, ὦ Σώκρατες, καὶ σύ γε συνομολογεῖς λέγων, ὅτι νομί-

sim, ut plures alant ii, quibus facultates sint majores. An verò solum imbecillum robustius fiat; inquam, si plus ei injiciatur frugum, perinde ac jumenta, doceto me.

10. Tum subridens Ischomachus: Ludis tu quidem, Socrates, ait. Verùm hoc scias velim, si jacto aliquo in terram semine, deinceps quo tempore multum è cœlo nutrimenti solum habuerit, herba de semine enata rursus solum aratro inverteris: futurum id solo pabuli loco, ac tanquam de stercore robur ei accedit. Quòd si autem solum de semine prorsus fruges producere sinas, difficile est solo imbecillo multum frugum tandem producere: sicut & imbecillæ sui difficile est multos procellos majusculos alere.

11. An tu hoc dicis, inquam, Ischomache, solo imbecilliori minus seminis mandandum esse? Ita profectò, mi Socrates, inquit, tuque adeo fateris hoc, qui dicis, solere

1 sc. τοῦτο καὶ γίγν.

ζεις τοῖς ἀσθενεστέροις τῶν μείω προστάττειν πράγματα.

ιβ'. Τὰς δὲ δὴ σκαλέας, ἔφην ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, τίνος ἕνεκα ἐμβάλλετε τῷ σίτῳ; οἶσθα δήπου, ἔφη, ὅτι ἐν τῷ χειμῶνι πολλὰ ὕδατα γίγνεται. τί γὰρ οὔ; ἔφην ἐγώ. οὐκοῦν θῶμεν τοῦ σίτου καὶ καταχωσθῆναί τινα ὑπ' αὐτοῦ, ἰλύος ἐπιχυθείσης, καὶ ψιλωθῆναί τινας ῥίζας ὑπὸ ῥεύματος. καὶ ὕλη δὲ πολλάκις ὑπὸ τῶν ὑδάτων δήπου συνεξορμᾷ τῷ σίτῳ, ἢ πρέχει συνιζάνειν αὐτόν. πάντα, ἔφην ἐγώ, εἰκὸς ταῦτα γίγνεσθαι.

ιγ'. Οὐκοῦν δοκεῖ σοι, ἔφη, ἂν ταῦτα ἐπικουρίας τινὸς δεῖσθαι ὁ σῖτος; πάνυ μὲν οὖν, ἔφην ἐγώ. τῷ οὖν κατιλυθέντι τί ἂν ποιοῦντες δοκοῦσιν ἄν σοι ἐπικουρῆσαι; ἐπικουφίσαντες, ἔφην ἐγώ, τὸ χωμα. τί δέ, ἔφη, τῷ ἐψιλωμένῳ τὰς ῥίζας; ἀντιπροσαμησάμενοι τὸ χωμα ἄν, ἔφην ἐγώ.

ιδ'. Τί γὰρ, ἔφη, ἢν ὕλη συνίζῃ συνεξορμῶσα τῷ σίτῳ, καὶ διαρπάζουσα τοῦ σίτου τὴν τροφὴν, ὥσπερ οἱ κηφῆνες

te omnibus imbecilioribus minus negotiorum imponere.

12. At ſarcula, inquam ego, quamobrem frugibus immittitis, Iſchomache? An ſcis, inquit, hiemis tempore magnam eſſe aquarum copiam? Cur non, inquam ego. ponamus ergo fruges aliquas ab his tegi, infuſo limo, ac radices quaſdam denudari à fluxione. Nonnunquam & materia per aquas unà cum frugibus erumpit, eaſque ſuffocat. Hæc, inquam, omnia fieri conſentaneum eſt.

13. An non igitur, ait, heic tibi fruges ope quadam egere videntur? Omnino, inquam. Quid autem agendo videntur tibi oppreſſis limo ſuccurrere poſſe? Si ſolum, inquam, levius fecerint. Quid illis, quibus radices nudatæ ſunt? Terram viciſſim aggerendo, inquam.

14. Quid ſi materia cum frugibus enata eas ſuffocet, nutrimentumque illis eripuerit, quemadmodum fuci pror-

ἁρπάζουσιν, ἀχρήστοι ὄντες, τῶν μελισσῶν, ἃ ἂν ἐκεῖναι ἐργασάμεναι τροφὴν κατάθωνται; ἐκκόπτειν[1] ἂν δὴ τὴν τροφήν, ἔφην ἐγώ, δέοι τὴν ὕλην, ὥσπερ τοὺς κηφῆνας ἐκ τῶν σμηνῶν ἀφαιρεῖν.

ιε'. Οὐκοῦν, ἔφη, εἰκότως σοι δοκοῦμεν ἐμβαλεῖν τὰς σκαλέας; πάνυ γε. ἀτὰρ ἐνθυμοῦμαι, ἔφην ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, οἷόν ἐστι τὸ εὖ τὰς εἰκόνας ἐπάγεσθαι. πάνυ γὰρ σύ με ἐξώρμησας πρὸς τὴν ὕλην, σὺ κηφῆνας εἰπών, πολὺ μᾶλλον, ἢ ὅτε περὶ αὐτῆς τῆς ὕλης ἔλεγες.

ΚΕΦ. ιη'.

ΑΤΑΡ ἦν, ἔφην ἐγώ, ἐκ τούτου ἄρα ἐρίζειν εἰκός. δίδασκε δή (εἰπὲ ἔχεις) μὲ καὶ εἰς τοῦτο. ἢν μή γε φανῇς, ἔφη, καὶ

sus inutiles deripiunt ea, quæ apes pro nutrimento sibi elaborata reposuerunt? Oportet, inquam ego, propter nutrimentum frugum excidi materiam illam, quemadmodum fucos ex alvearibus ejici necesse est.

15. Ergone tibi, inquam, ratione quadam consentanea videmur sarcula frugibus immittere? Omnino. Verùm equidem cum animo meo cogito, inquam, Ischomache, quale quiddam sit, aptè similitudines applicare. Nam tu valde me ad iram adversus materiam commovisti, posteaquam fecisti fucorum mentionem, multò certè magis, quàm quum de ipsa materia diceres.

CAP. XVIII.

SEd enim, inquam, ab hoc jam tempore fruges erunt demetendæ. Quamobrem si quid habes hac etiam in parte, doceto me. Nisi quidem, ait, appareat heic etiam

1 Emendationem Leuncl. secutus sum, remotâ tantummodo particulâ νὴ à Vulg. Lect. ἐκκόπτειν ἂν νὴ Δία.

εἰς τοῦτο ζημιοῖ ἐμοὶ ὑπιζάμβνω· ὅτι μὴ οὕτω τέμνειν τὸ σῖτον δῇς, οἶδα. τί δ' ἂν μέλλω; ἔφην ἐγώ. πότερα οὕτω τέμνεις, ἔφη, ᾗς ἔνθα πνεῖ ἄνεμος, ἢ ἀντί; οὐκ ἀντίος, ἔφην ἔγωγε. χαλεπὸν γὰρ, οἶμαι, καὶ τοῖς ὄμμασι καὶ ταῖς χερσὶ γίγνεται ἀντίον ἀχύρων καὶ ἀθέρων θερίζειν.

β'. Καὶ ἀκροδρυοίης δ' ἂν, ἔφη, ἢ πρὸς γῆν τέμνοις; ἢν μὲν βραχὺς ᾖ ὁ κάλαμος τοῦ σίτου, ἔγωγ' ἔφην, κάτωθεν ἂν τέμνοιμι, ἵνα ἰκμὰς τὰ ἄχυρα μᾶλλον γίγνηται. ἐὰν δὲ ὑψηλὸς ᾖ, νομίζω ὀρθῶς ἂν ποιεῖν μεσοτομῶν, ἵνα μήτε οἱ ἀλοῶντες μοχθῶσι περιττὸν πόνον, μήτε οἱ λικμῶντες, ὧν ὕδὲν πρόσδέονται. τό, τε ὂν τῇ γῇ λειφθὲν ἡγοῦμαι καὶ καταχανθὲν σύνωφελεῖν ἂν τὴν γῆν, καὶ εἰς κόπρον ἐμβληθὲν τὴν κόπρον συμπληθύειν.

γ'. Ὁρᾷς, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὡς ἁλίσκῃ ἐπ' αὐτοφώρῳ καὶ

eadem te ſcire, quæ mihi cognita ſunt: fruges quidem reſecandas eſſe nôſti. Quid ni nôſſem? inquam. Num igitur eas ita reſecas, ut ſtes ubi ventus ſpirat, inquit, an contra ventum. Non certè contra, inquam. Nam & oculis & manibus moleſtia quædam exhibetur, ſi quis adverſus paleas & ariſtas metat.

2. Num item malis ſummos culmos præcidere, an prope terram? Si brevis, inquam, ſit culmus, equidem inferius abſcinderem, ut palearum majorem copiam conſequerer: at ſi procerus, rectè me facturum arbitror, ſi eum in medio reſecem; ut neque triturantibus labor ſupervacaneus addatur, neque ventilantibus. Quod item in ſolo relictum eſt, arbitror exuſtum aliquam ſolo utilitatem afferre: & in fimum conjectum, eum ipſum auctum.

3. Vides, inquit, mi Socrates, quo pacto tanquam in ipſo facinore deprehendaris, quippe qui etiam de meſſe

σοὶ θερισμοῦ εἰδὼς ἅπερ ἐγώ; κινδυνεύω, ἔφην ἐγὼ, καὶ βούλομαί γε σκέψασθαι, εἰ χὴ ἀλοᾶν δέοι μαι.

δ'. Οὐκοῦν, ἔφη, τοῦτο μὴ οἶσθα, ὅτι [1] ὑποζύγια ἀλοῶσι τὸν σῖτον. τί δ' ὄχι; ἔφην ἐγώ. [2] οἶσθα καὶ ὑποζύγια τὰ πάντα καλούμενα ὁμοίως, βοῦς, ἡμιόνους, ἵππους. οὐκοῦν, ἔφη, ταῦτα μὲν ἡγῇ σοῦτο μόνον εἰδέναι, πατεῖν τὸν σῖτον ἐλαυνόμενα; τί δ' ἂν ἄλλο, ἔφην ἐγὼ, ὑποζύγια εἰδείη;

ε'. Ὅπως δὲ ὃ δεόμενον κόψεσι, καὶ ὁμαλιεῖται ὁ ἀλοητὸς, τίνι τοῦτο, ὦ Σώκρατες; ἔφη. δῆλον ὅτι, ἔφην ἐγὼ, τοῖς ἐπαλώσαις. τρέφοντες γὰρ καὶ ὑποβάλλοντες τὰ ἄπεπτα ἀεὶ, δῆλον ὅτι μαλίστα ὁμαλίζοιεν ἂν [3] τὸ δεινὸν, καὶ τάχιστα ἀνύτοιεν. ταῦτα μὲν δίνυν, ἔφη, οὐδὲν ἐμοῦ λείπῃ γιγνώσκων.

scias eadem quæ ego? Videor sanè, inquam, & considerare lubet, num etiam triturandi rationem teneam.

4. Scis igitur, ait, jumenta ad trituram adhiberi. Quid ni? inquam. Nôsti etiam omnia pariter appellari jumenta, boves, mulos, equos. Atque hæc existimas nihil aliud scire; nisi inter agendum frumenta calcare? Quid enim aliud, inquam ego, scire possint jumenta?

5. Ut autem comminuatur id quod comminui debet, atque tritura fiat æquabilis, cuinam, mi Socrates, hoc tribuis? ait. Haud dubie, inquam, trituratoribus. Nam & invertendo, & subjiciendo pedibus ea quæ necdum trita sunt, semper scilicet id, quod horridum est, egregiè exæquaverint, remque maturimè confecerint. In his ergo, ait, nihil est quod tu minus quàm ego, scias.

---

1 χρ. ὑποζυγίοις. 2 χρ. τί δ' ὄχι, ἔφην ἐγὼ, οἶσθα καὶ ὑποζ.

3 Forsan τὸ δεόμενον· sicut & paulo ante, locutus est ὅπως τὸ δεομένον κόψεσι. Leunclav. vel τὸ δέον.

ς'. Οὐκοῦν, ἔφην ἐγὼ, ὦ Ισχόμαχε, ἐκ τούτου δὴ καθαρῶμεν τὸν σῖτον λικμῶντες. καὶ λέξον γέ μοι, ὦ Σώκρατες, ἔφη ὁ Ισχόμαχος, εἰ οἶσθα, ὅπη ἢν ἐκ τοῦ πεπνεμένου μέρους τῆς ἄλω ἄρχῃ, δι' ὅλης τῆς ἄλω οἴσεταί σοι τὰ ἄχυρα; ἀνάγκη γὰρ, ἔφην ἐγώ.

ζ'. Οὐκοῦν εἰκὸς καὶ ὑπιππίειν, ἔφη, αὐτὰ ὅπῃ τὸ σῖτον. πολὺ γάρ ἐστιν, ἔφην ἐγὼ, ὃ ἐκφερενεχθῆναι τὰ ἄχυρα ὑπὲρ τὸ σῖτον εἰς ὃ κενὸν τῆς ἄλω. ἢν δέ τις, ἔφη, λικμᾷ ἐκ τοῦ ἐπηνέμου ἀρχόμενος; δῆλον, ἔφην ἐγὼ, ὅτι εὐθὺς ἐν τῇ ἀχυροδόκῃ ἔσται τὰ ἄχυρα.

η'. Επειδὴ δὲ καθάρῃς, ἔφη, τὸν σῖτον μέχει οὗ ἡμίσεως τῆς ἄλω, πότερον εὐθὺς οὕτω κεχυμένου τοῦ σίτου λικμίσεις τὰ ἄχυρα τὰ λοιπὰ, ἢ σωρεύσας τὸν καθαρὸν πρὸς [1] τὸ πόλον ὡς εἰς γενόταδον; σωρεύσας νὴ Δί', ἔφην ἐγὼ, τὸν καθαρὸν

6. Secundum hæc, mi Iſchomache, inquam ego, ventilando frumentum purgamus. Tu verò mihi dicito, mi Socrates, ait Iſchomachus, num ſcias futurum, ut ſi ab ea parte areæ incipias, qua ventus allabitur, paleæ per aream univerſam ſpargantur? Nimirum ita fieri neceſſe eſt, inquam ego.

7. Ergo etiam eſt conſentaneum, ait, eas in frumentum incidere. Longius eſt enim ſpatium, quàm quo palea ſublimis ſupra frumentum in partem areæ vacuam deferri poteſt. Quid ſi quis, ait, ventilandi faciat initium ex altera parte, quæ quaſi ſubjecta eſt vento? Perſpicuum eſt, inquam, paleas mox in ſuo receptaculo fore.

8. Verùm ubi jam purgaveris, ait, frumentum uſque ad areæ dimidium, num perges ita reliquas paleas eventilare frumento diffuſo, an parte pùrgata retro quàm arctiſſimo loco congeſta? Congeſto, inquam, frumento pur-

1 Forſan πρὸς τὸ μπαλιν. Camer.

σῖτον, ἵν' ὑπερφέρηταί μοι τὰ ἄχυρα εἰς ὃ κενὸν τῆ ἄλω, καὶ μὴ δὶς ταυτὰ ἄχυρα δέῃ λικμᾶν.

θ'. Σὺ μὲν δὴ ἄρα, ἔφη, ὦ Σώκρατες, σῖτόν γε ὡς ἂν τάχιστα καθαρὸν γένοιτο, κἂν ἄλλον δύναιο διδάσκειν. Ταῦτα τοίνυν, ἔφην ἐγὼ, ἐλελήθειν ἐμαυτὸν ὀπτικάμενος καὶ πάλαι. σὺ μὲν ἄρα, εἰ λέληθα, καὶ χρυσοχοεῖν, καὶ αὐλεῖν, καὶ ζωγραφεῖν ὀπτικάμενος. ἐδίδαξε γὰρ [1] οὕτω ταῦτά με θέλεις, ὅτε γεωργεῖν· ὁρᾷ δὲ, ὥσπερ γεωργοῦντας, καὶ τὰς ἄλλας τέχνας ἐργαζομένους ἀνθρώπους.

ι'. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, ἔλεγον ἐγώ σοι πάλαι, ὅτι καὶ ταύτη εἴη γενναιοτάτη ἡ γεωργικὴ τέχνη, ὅτι ῥᾴστη μαθεῖν. [2] ἄγε δὴ, ἔφην ἐγὼ, οἶδα, Ἰσχόμαχε· τὰ μὲν δὴ ἀμφὶ σπόρον ὀπτικάμενος, ἄρα ἐλελήθειν ἐμαυτὸν ὀπτικάμενος.

gato, ut paleæ ultra ipſum in partem areæ vacuam ferantur, ac non bis eaſdem eventilare paleas neceſſe ſit.

9 Profectò tu, mi Socrates, ait, quo pacto frumentum purgari quam primùm poſſit, vel alium docere queas. At equidem, inquam ego, ignorabam me ſcire, & quidem jamdudum. Quamobrem in mentem mihi venit, an etiam ignorem ipſe, me & auri fundendi, & canendi tibiâ, & pingendi peritum eſſe. Nam hæc nemo me docuit, uti nec agri colendi rationem. Video autem homines ita, ut agros colunt, etiam artes alias exercere.

10. Idcirco, ait Iſchomachus, jamdudum dicebam tibi, hac etiam in parte agri colendi artem longè generoſiſſimam eſſe, quòd ad diſcendum ſit facillima. Age verò, inquam, novi, mi Iſchomache. Nam quum mihi de faciunda ſemente conſtaret, ignorabam ipſe cognitum id mihi eſſe.

1 Forſan ὅπως. 2 Forſan Τά γε δή. Steph.

ΚΕΦ. ιθ'.

Ἔστιν οὖν, ἔφην ἐγώ, ἡ γεωργικῆς τέχνης καὶ ἡ τῶν δένδρων φυτεία; ἔστι γάρ οὖν, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος. πῶς ἂν οὖν, ἔφην ἐγώ, τὰ μὲν ἀμφὶ τὸ σπόρον ὀπίζαιμι, τὰ δ' ἀμφὶ τὴν φυτείαν οὐκ ὀπίζαιμι;

β'. Οὐ γὰρ σύ, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, ὀπίζασαι; πῶς; ἐγὼ ἔφην· ὅστις μήτ' ἐν ὁποίᾳ τῇ γῇ δεῖ φυτεύειν οἶδα, μήτε ὁπόσον βάθος ὀρύττειν τὸ φυτόν, μήτε ὁπόσον πλάτος, μήτε ὁπόσον μῆκος τὸ φυτὸν ἐμβαλεῖν, μήτε ὅπως ἂν ἐν τῇ γῇ κείμενον τὸ φυτὸν μάλιστ' ἂν βλαστάνοι.

γ'. Ἴθι δή, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, μάνθανε ὅ, τι μὴ ὀπίζασαι. βοθύνους μὲν γὰρ οἶδας ὀρύττουσι τοῖς φυτοῖς, οἶδ' ὅτι ἑώρακας, ἔφη· καὶ πολλάκις, ἔγωγε ἔφην. ἦδη τινὰ δῆτ' αὐτῶν εἶδες βαθύτερον τριπόδων; ἀδὲ μὰ Δί', ἔγωγ' ἔφην, πεντεμιποδίων. τί δέ; ὃ

CAP. XIX.

NUm igitur, inquam, ad artem agriculturæ pertinet etiam arborum consitio? Pertinet sanè, ait Ischomachus. Quî ergo, inquam ego, quæ ad sementem faciendam pertinent sciam, quum consitionis imperitus sim?

2. Tu verò, inquit Ischomachus, non ejus peritus es? Quo pacto? inquam, qui neque in cujusmodi solo consitio fieri debeat, novi; neque quam ad altitudinem infodi id, quod conseritur; neque ad quam latitudinem, neque quanta longitudine in terram demitti, neque quo potissimum pacto collocari, ut facillimè frondescat.

3. Age verò, inquit Ischomachus, discito quod nescis. Vidisse autem scio te scrobes, quas plantis fodiunt. Sæpè quidem, inquam. Num igitur vidisti unquam altiorem tribus pedibus? Non altiorem vidi, inquam ego, pedibus duobus ac semisse. Quid autem? nunquam vidisti

πλάτος ἤδη τινὰ τριπόδων πλέον εἶδες; Οὐδὲ μὰ Δί', ἔφην ἐγώ, διπόδων.

δ'. Ἴθι δή, ἔφη, καὶ τόδε ἀπόκρινάι μοι, ἤδη τινὰ εἶδες ὃ βάθος ἐλάττονα [1] διποδιαίου; Οὐδὲ μὰ Δί', ἔφην ἔγωγε, τεμιποδίου. καὶ γὰρ ἐξορύττοιτο ἂν σκαπόμενα, ἔφην ἐγώ, τὰ φυτά, εἰ λίαν γε ὕπως ὑπιπολῆς πεφυτεύμενά εἴη.

ε'. Οὐκοῦν τοῦτο μέν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἱκανῶς οἶδα, ὅτι οὔτε βαθύτερον τριπεδιαίου ὀρύττουσιν, οὔτε βραχύτερον τεμιποδίου. ἀνάγκη γάρ, ἔφην ἐγώ, τοῦτο ὁρᾶσθαι, οὕτω καταφανὲς ὄν.

ϛ'. Τί δὲ, ἔφη, ξηροτέραν ἢ ὑγροτέραν γῆν γιγνώσκεις ὁρῶν; Ξηρὰ μὲν γοῦν μοι δοκεῖ, ἔφην ἐγώ, εἶναι ἡ περὶ τὸν Λυκαβηττὸν, καὶ ἡ ταύτῃ ὁμοία· ὑγρὰ δὲ, ἡ ἐν τῷ Φαληρικῷ ἕλει, καὶ ἡ ταύτῃ ὁμοία.

aliquando, cujus latitudo tres pedes excederet? Immo non ſupra pedes duos, inquam.

4. Age verò, inquit, etiam hoc mihi reſpondeto, num quam vidiſti ſcrobem, bipedaneo minus profundam? Immo ne pedis quidem unius & ſemiſſis, inquam ego. Nam plantæ inter paſtinandum effoderentur, ſi quidem uſque adeo in ſumma ſoli ſuperficie conſertæ eſſent.

5. Ergo tu hoc, mi Socrates, inquit, ſatis nôſti: non effodi ſcrobes pedibus duobus ac ſemiſſe profundiores, nec minus profundas pede uno cum ſemiſſe. Nimirum id, inquam ego, oculis conſpici neceſſe eſt, quum adeo ſit manifeſtum.

6. Quid verò? ait, num intuendo terram ſicciorem & humidiorem agnoſcis? Siccum mihi videtur, inquam, eſſe ſolum propter Lycabettum, & ſi quod aliud huic eſt ſimile. Humidum verò, quod eſt in palude Phalerica, & ſi quod illi ſimile eſt.

1 χ. ποδιαίου.

ζ'. Πότερα οὖν, ἔφη, ἐν τῇ ξηρᾷ ἂν βαθὺν ὀρύττοις βόθρον τῷ φυτῷ, ἢ ἐν τῇ ὑγρᾷ; ἐν τῇ ξηρᾷ, νὴ Δί', ἔφην ἐγώ. ἐπεὶ ἔν γε τῇ ὑγρᾷ ὀρύττων βαθὺν, ὕδωρ ἂν εὑρίσκοις, καὶ οὐκ ἂν δυνάμο ἔτι ἐν ὕδατι φυτεύειν. καλῶς μοι δοκεῖς, ἔφη, λέγειν. Οὐκοῦν ἐπειδὴ ὡρωρυγμένοι εἰσὶν οἱ βόθροι, ὁπηνίκα δὴ πθέναι ἑκάτερα τὰ φυτὰ, ἤδη εἶδες. μάλιστα, ἔφην ἐγώ.

η'. Σὺ οὖν βουλόμενος ὡς τάχιστα φυῆναι αὐτὰ, πότερον ὑποβαλὼν ἂν τῆς γῆς τὸ εἰργασμένης οἷόν τε βαθὺν θᾶττον χωρεῖν ἁβρὰ τὸ μαλακῆς, ἢ ἁβρὰ τὸ ἀργοῦ εἰς ὃ σκληρόν; δῆλον, ἔφην ἐγὼ, ὅτι ἁβρὰ τὸ εἰργασμένης θᾶττον ἄν, ἢ ἁβρὰ τὸ ἀργοῦ βλαστάνοι.

θ'. Οὐκοῦν ὑποβλητέα ἂν εἴη τῷ φυτῷ γῆ. τί δ' οὐ μέλλει; ἔφη ἐγώ. πότερα δὲ ὅλον τὸ κλῆμα ὀρθὸν πθεὶς πρὸς τὸν οὐρανὸν βλέπον ἡγῇ μᾶλλον ἂν ῥιζοῦσθαι αὐτὸ,

7. Utrum igitur in arido ſolo profundam plantæ ſcrobem foderes, an in humido? Profectò in arido, inquam. Nam ſi fodias in humido ſcrobem altam, aquam invenies, neque poteris amplius in aqua plantam conſerere. Rectè mihi dicere videris, ait. Ergo tu, quum effoſſæ ſcrobes fuerint, quando utræque plantæ collocandæ ſint, jam vidiſti. Maximè, inquam ego.

8. Quum igitur eas quam celerrimè vis enaſci, num germen ſurculi, ſubjectum ſolo culto, citius exiſtimas, per mollem terram penetrare, an per duritiem incultæ? Patet, inquam ego, citius id per cultum quàm per incultum ſolum pullulare.

9. Erit igitur, inquit, plantæ terra ſubjicienda. Quid ni? inquam. Utrum verò, ſi totum ſurculum rectum ſtatuas, ut ad cœlum ſpectet, magis eum radices acturum

ἢ καὶ πλάγιόν τι ὑπὸ τῇ ὑποβεβλημένῃ γῇ θείης ἄν, ὥστε κεῖσθαι ὥσπερ γάμμα ὕπτιον;

ι'. Οὕτω νὴ Δία· πλείονες γὰρ ἂν οἱ ὀφθαλμοὶ κατὰ γῆς εἶεν· ὁρᾶν δὲ τῶν ὀφθαλμῶν καὶ ἄνω ὁρῶ βλαστάνοντα τὰ φυτά. καὶ οὗτοι κατὰ τῆς γῆς οἶμαι ὀφθαλμοὺς ἡγοῦμαι ὃ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν. πολλῶν γὰρ φυομένων βλαστῶν ἐκ τῆς γῆς, ταχὺ ἂν καὶ ἰσχυρὸν ὃ φυτὸν ἡγοῦμαι βλαστάνειν.

ια'. Κατὰ ταῦτά τοίνυν, ἔφη, καὶ περὶ τούτων γιγνώσκων ἐμοὶ τυγχάνεις. ἐπαμήσαιο δ' ἂν μόνον, ἔφη, τῷ γῷ, ἢ καὶ σάξαις ἂν εὖ μάλα περὶ ὃ φυτόν; σάττοιμ' ἄν, ἔφην, νὴ Δί' ἔγωγε. εἰ μὲν γὰρ μὴ πεπαγμένον εἴη, κατὰ μὲν τοῦ ὕδατος εὖ οἶδ' ὅτι πηλὸς ἂν γίγνοιτο ἡ ἄσακτος γῆ, κατὰ δὲ τοῦ ἡλίου ξηρὰ μέχρι βυθοῦ, ὥστε τὰ φυτὰ κίνδυνος κατὰ μὲν τοῦ ὕδατος σήπεσθαι μὲν διὰ ὑγρότητα, αὐαίνεσθαι δὲ μᾶλλον διὰ ξηρότητα ἡγοῦν χαυνότητα τῆς γῆς, θερμαινομένων τῶν ῥιζῶν.

arbitraris, an verò ſi obliquum nonnihil ſub terra ſubjecta depoſueris, ut inſtar literæ Gamma ſupinæ jaceat?

10. Sic eſt profectò, inquam. Plures enim hoc modo ſub terra fuerint oculi, de quibus plantas ſurſum enaſci video. Quamobrem exiſtimo etiam oculos, qui ſub terra ſunt, idem facere. Quippe quum multa germina enaſcantur de terra, puto celeriter plantam pullulare.

11. Quapropter tu de his etiam, ait, idem quod ego intelligis. Utrum verò terram leviter duntaxat aggeſſeris, an etiam benè circum plantam compreſſeris? Profectò comprimerem, inquit. Etenim niſi compreſſa ſit, ſat ſcio ſolum non compreſſum propter aquam inſtar luti futurum, ac per ſolem ad imum uſque ſiccum. Itaque periculum eſſet, ne plantæ ab aqua propter humoris copiam putreſcerent: propter ſiccitatem verò, ſive laxitatem terræ, radicibus calefactis exareſcerent.

ιβ'. Καὶ περὶ ἀμπέλων ἄρα σύ γε, ἔφη, φυτείας, ὦ Σώκρατες, τὰ αὐτὰ ἐμοὶ πάντα γιγνώσκων τυγχάνεις. ἢ καὶ συκῆν, ἔφην ἐγώ, οὕτω δεῖ φυτεύειν; οἶμαι δ', ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, καὶ τἆλλα ἀκρόδρυα πάντα. τῶν γὰρ ἐν τῇ τῆς ἀμπέλου φυτείᾳ καλῶς ἐχόντων, τί ἂν ἀποδοκιμάσαις εἰς τὰς ἄλλας φυτείας;

ιγ'. Ἐλαίαν ἦ πῶς, ἔφην ἐγώ, φυτεύσομεν, ὦ Ἰσχόμαχε; ἀποπειρᾷ μου καὶ τοῦτο, ἔφη, μάλιστα πάντων ὀπιζάμενος· ὁρᾷς μὲν γὰρ δή, ὅτι βαθύτερος ὀρύττεται τῇ ἐλαίᾳ βόθρος· (καὶ γὰρ πρὸς ταῖς ὁδοῖς μάλιστα ὀρύττεται.) ὁρᾷς δὲ, ὅτι πρέμνα πᾶσι τοῖς φυτευτηρίοις περίεστιν. ὁρᾷς δ', ἔφη, τῶν φυτῶν πολὺν ταῖς κεφαλαῖς πάσαις ὀπικείμενον, καὶ πάντων τῶν φυτῶν ἐστεγασμένον τὸ ἄνω. ὁρῶ, ἔφην ἐγώ, ταῦτα πάντα.

ιδ'. Καὶ ὁρῶν δή, ἔφη, τί αὐτῶν οὐ γιγνώσκεις; ἢ τὸ ὄφρυον ἀγνοεῖς, ἔφη, ὦ Σώκρατες, πῶς ἂν ὑπὸ τοῦ πολυ

12. Itaque de vitium quoque, mi Socrates, conſitione nihil non, quod mihi cognitum ſit, intelligis. Num & ficus, inquam, ſic erit conſerenda? Sic arbitror, ait Iſchomachus, atque etiam arbores frugiferas omnes ita conſerendas eſſe. Nam quæ in vitium conſitione rectè conveniunt, cur in aliis conſitionibus improbes?

13. At oleam, inquam ego, quo pacto conſeremus? Hac etiam in parte me tentas, ait, quum rectiſſimè rem intelligas. Nam vides ſanè profundiorem oleæ ſcrobem fodi, quod maxima ex parte ad vias fodiatur. Vides & in omnibus ſeminariis eſſe ſtipites. Vides plantarum omnibus capitibus cœnum imponi, & partes in omnibus plantis ſummas eſſe tectas. Hæc omnia video, inquam.

14. At quum videas, ait, quid eorum tibi cognitum non eſt? Num ignoras, mi Socrates, ait, quo pacto ſu-

ἄνω καταθείης; μὰ τὸν Δί', ἔφην ἐγώ, οὐδὲν ὧν εἶπας, ὦ Ἰσχόμαχε, ἀγνοῶ. ἀλλὰ πάλιν ἐννοῶ, τί ποτε, ὅτε πάλιν ἤρου με συλλήβδην, εἰ ὀπίσαμαι φυτεύειν, οὐκ ἔφην. οὐ γὰρ ἐδόκουν ἔχειν ἂν εἰπεῖν οὐδὲν ἧ δὴ φυτεύειν. ἐπεὶ δέ με καθ' ἓν ἕκαστον ἐπεχείρησας ἐρωτᾶν, ἀποκρίνομαί σοι, ὡς σὺ φὴς, ἅπερ σὺ γιγνώσκεις, ὁ δεινὸς λεγόμενος γεωργός.

ιε'. Ἆρα, ἔφην, ὦ Ἰσχόμαχε, ἡ ἐρώτησις διδασκαλία ἐστίν; ἄρτι γὰρ δή, ἔφην ἐγὼ, καταμανθάνω ἧ με ἐπηρώτησας ἔκαστα. ἄγων γάρ με δι' ὧν ἐγὼ ὀπίσαμαι, [1] ὁμοιά τε τούτοις ὑπεδείκνυς, ἃ οὐκ ἐνόμιζον ὀπίσασθαι, ἀναπείθεις, οἶμαι, ὡς ἐγὼ ταῦτα ὀπίσαμαι.

ις'. Ἀρ' οὖν, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, καὶ περὶ ἀργυρίου ἐρωτῶν ἄν σε, πότερον καλὸν ἢ οὔ, δυναίμην ἄν σε πεῖσαι ὡς

pra cœnum teſta collocetur? Nihil iſtorum profectò, inquam, Iſchomache, quæ commemorâſti, ignoro. Sed rurſus mecum ipſe cogito, quamobrem quum tu me ſummatim interrogares, an conſerendi rationem tenerem, id negaverim. Non enim videbar dicere poſſe, quo pacto conſitio fiat. Verum idem poſteaquam ſingillatim intorrogare me cœpiſti, ea reſpondeo tibi, quemadmodum ais, quæ tu ipſe ſcis, qui quidem inſigniter agriculturæ peritus eſſe perhiberis.

15. Num, inquam, Iſchomache, interrogatio quædam eſt doctrina? Nam modò animadverto, quo pacto de ſingulis ex me quæſiveris. Etenim dum me per nota ducis, atque his conſimilia commonſtras, quæ me putabam ignorare, perſuades, ut opinor, etiam illa me ſcire.

16. An igitur, ait Iſchomachus, ſi etiam de argento te interrogem, bonum ſit, necne; perſuadere te poſſim,

---

1 Leg. ap. Steph. ἀ' ὧν ἐγὼ ἐπίσ. ὅμοιά τε τούτοις &c. -- ἐπίσαμαι, ὅμοιά τε τούτοις. Leuncl.

ὀπίσασαι δοκιμάζειν τὰ καλὰ καὶ τὰ κίβδηλα ἀργύρια; καὶ περὶ αὐλητῶν ἐρωτῶν μὴ δυναίμην ἀναπεῖσαι ὡς ὀπίσασαι αὐλεῖν; καὶ περὶ ζωγράφων καὶ τῶν ἄλλων τοιούτων; ἴσως ἂν, ἔφην ἐγώ· ἐπειδὴ καὶ γεωργεῖν ἀνέπεισάς με ὡς ὀπισήμων εἴην, καίπερ εἰδότα ὅτι οὐδεὶς πώποτέ με ἐδίδαξε ταύτην τὴν τέχνην.

ιζ'. Οὐκ ἔστι ταῦτ', ἔφη, ὦ Σώκρατες· ἀλλ' ἐγὼ καὶ πάλαι σοι ἔλεγον, ὅτι ἡ γεωργία οὕτω φιλάνθρωπός ἐστι καὶ ῥᾳδία τέχνη, ὥστε καὶ ὁρῶσαν καὶ ἀκούσασαν ὀπισήμονας εὐθὺς ἑαυτῆς ποιεῖν.

ιη'. Πολλὰ δ', ἔφη, καὶ αὐτὴ διδάσκει, ὡς ἂν καλλιστά τις αὐτῇ χρῷτο. αὐτίκα ἄμπελος ἀναβαίνουσα μὲν ὅπου τὰ δένδρα, ὅταν ἔχῃ τι πλησίον δένδρον, διδάσκει ἱστάναι αὐτῇ. περιπεταννύουσα δὲ τὰ οἰνάρια, ὅταν ἐπ' αὐτῇ ἅπαλοὶ οἱ βότρυες ὦσι, διδάσκει σκιάζειν τὰ ἡλιούμενα ταύτῃ τῇ ὥρᾳ.

nosse te rationem explorandi bonos & adulterinos nummos? Itidem de tibicinibus si te rogem, num persuadere possim, scire te rationem canendi tibiis? itemque de pictoribus & aliis hujusmodi? Fortassis, inquam ego, quando tu me persuasisti, peritum me agri colendi esse, quanquam sciam hanc artem nullum unquam me docuisse.

17. Nihil horum est, inquit, mi Socrates. Immo jampridem dicebam tibi, tantam esse erga homines agriculturæ benignitatem, tamque mitem hanc artem esse; ut videntes & audientes statim peritos sui efficiat.

18. Multa etiam ipsa docet, quo pacto quis ea pulcherrimè uti possit. Primùm vitis in arbores, si quidem aliquam arborem vicinam habeat, ascendens docet, qua ratione efficere debeas, ut vitis consistat. Deinde pampinos explicans, quamdiu sunt ejus uvæ adhuc teneræ, docet ea, quæ tum temporis soli exposita sunt, umbra quadam esse tegenda.

ιθ'. Οταν δὲ χρεὼς ἡ ὑπὸ τῦ ἡλίυ ἤδη γλυκαίνεσθαι τὰς σταφυλὰς, φυλλορρῦσα διδάσκει ἑαυτὴν ψιλῦν, καὶ πεπαίνειν τὴν ὀπώραν. Ἀφ' πολυφορίαν δ' τὰς μὲ πέπονας δεικνύσα βότρυς, τὰς δὲ ἔτι ὠμοτέρους φέρυσα, διδάσκει τρυγᾶν ἑαυτὴν, ὥσπερ τὰ σῦκα συκάζυσι ὃ ὀργῶν ἀεί.

ΚΕΦ. κ'.

ΕΝταῦθα δὴ ἐγὼ εἶπον· πῶς οὖν, ὦ Ισχόμαχε, εἰ ὕτω γε ῥᾴδιά ἐστι μαθεῖν τὰ περὶ τὴν γεωργίαν, καὶ πάντες ὁμοίως ἴσασιν ἃ δεῖ ποιεῖν, οὐχὶ καὶ πάντες πράττουσιν ὁμοίως, ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν ἀφθόνως τε ζῶσι, καὶ περιουσὰ ἔχυσιν, οἱ δ' οὐδὲ τὰ ἀναγκαῖα δυώμενοι πορίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ προσοφείλυσιν;

β'. Εγὼ δή σοι λέξω, ὦ Σώκρατες, ἔφη ὁ Ισχόμαχος. οὐ γὰρ ἡ ἐπιστήμη οὐδ' ἡ ἀνεπιστημοσυνὴ τῶν γεωρ-

19. Quum autem jam tempus eſt, ut uvæ à ſole dulceſcant, tum foliis decidentibus, docet ipſa, ſe nudari debere, ac fructum eſſe maturandum. Ob fœcunditatem verò, quod alias uvas maturas oſtendat, alias adhuc crudiores ferat; decerpendum ſemper eſſe docet, quod turgeat, quemadmodum & ficus legi ſolent.

CAP. XX.

TUm ego: Quî fit igitur, inquam, Iſchomache, ſi quidem ea, quæ ad agriculturam pertinent, tam ad diſcendum facilia ſunt, atque omnes ex æquo ſciunt, quid in ea faciundum ſit, ut non etiam omnes pari ratione illam exerceant: ſed alii magna rerum in abundantia copiosè vivant, alii ne quidem neceſſaria parare poſſint, atque inſuper ære alieno ſint obruti?

2. Id equidem exponam tibi, Socrates, ait Iſchomachus. Nec enim vel agricolarum ſcientia, vel inſcientia

γῶν ἐστιν ἡ ποιοῦσα τοὺς μὲν εὐπορεῖν, τοὺς δὲ ἀπόρους εἶναι.

γ'. Οὐδ' ἂν ἀκούσαις, ἔφη, λόγου οὕτω ἀγαθέοντος, ὅτι διέφθαρται ὁ οἶκος διότε οὐχ ὁμαλῶς ὁ σπορεὺς ἔσπειρεν, οὐδ' ὅτι οὐκ ὀρθῶς τοὺς ὄρχους ἐφύτευσεν, οὐδ' ὅτι ἀγνοήσας τις τὴν γῆν φέρουσαν ἀμπέλους, ἐν ἀφόρῳ ἐφύτευσεν, οὐδ' ὅτι ἠγνόησέ τις, ὅτι ἀγαθὸν ἐστὶ τῷ σπόρῳ νέον [1] παρεργάζεσθαι, οὐδ' ὅτι ἠγνόησέ τις ὡς ἀγαθόν ἐστι τῇ γῇ κόπρον μιγνύναι.

δ'. Ἀλλὰ πολὺ μᾶλλόν ἐστιν ἀκοῦσαι· ἀνὴρ ὃ λαμβάνει σῖτον οὐκ ἐκ τοῦ ἀγροῦ· οὐ γὰρ ἐπιμελεῖται, ὡς αὐτῷ σπείρηται, ἢ ὡς κόπρος γίγνηται. οὐδ' οἶνον ἔχει ἀνήρ· οὐ γὰρ ἐπιμελεῖται ὡς φυτεύσῃ ἀμπέλους, οὐδὲ αἱ οὖσαι ὅπως φέρωσιν αὐτῷ. οὐδὲ ἔλαιον οὐδὲ σῦκα ἔχει ἀνήρ· οὐ γὰρ ἐπιμελεῖται, οὐδὲ ποιεῖ, ὅπως ταῦτα ἔχῃ.

facit, ut aliis copia quædam ſuppetat, alii præmantur inopiâ.

3. Neque tu facile audiveris didi ſermonem hujuſmodi quendam: Res familiaris peſſum ivit, quòd ſeminator non æquabiliter ſemen in agrum ſparſit, quódque rectè plantarum ordines non inſtituit: nec quòd quum neſciret, an ſolum aliquod vites ferret, in ſterili eas ſolo conſevit, nec quòd ignoravit aliquis, etiam bonum eſſe ſementi, novalem exerceri; nec quod ignoravit, bonum eſſe, terræ ſimum admiſcere.

4. Sed multò magis audire eſt, Ille frumentum ex hoc fundo nullum accipit. Non enim curam adhibet, ut ſemen in eum ſpargatur, vel ut ſimum habeat. Vinum is non habet: non enim curam adhibet in conſerendis vitibus, & colendis, quas habet, ut ſint fertiles. Nec oleum nec ficus habet: non enim efficit curâ ſtudioque ſuo, ut habeat.

---

1 Ferri non poteſt παρεργάζεσθαι, quod in vulg. edit. habetur. Nam alibi τῷ σπόρῳ νέον ὑπεργάζεσθαι dicit. Adde quod παρεργάζεσθαι genitivum non dativum poſceret cum accuſativo, ob vim τῆς πρό. Steph.

ε'. Τοιαῦτ', ἔφη, ἐστὶν, ὦ Σώκρατες, ἃ διαφέρουσι ἀλλήλων οἱ γεωργοὶ, διαφερόντως καὶ πεφύκασι πολὺ μᾶλλον, ἢ οἱ δοκοῦντες σοφόν τι εὑρηκέναι εἰς τὰ ἔργα.

ς'. Καὶ οἱ στρατηγοὶ ἔστιν ὅτε οἷς τῶν στρατηγικῶν ἔργων οὐ γνώμῃ διαφέροντες ἀλλήλων, οἱ μὲν βελτίονες, οἱ δὲ χείρονές εἰσιν, ἀλλὰ σαφῶς ἐπιμελείᾳ. ἃ γὰρ καὶ οἱ στρατηγοὶ γιγνώσκουσι πάντες, καὶ τῶν ἰδιωτῶν οἱ πλεῖστοι, ταῦτα οἱ μὲν ποιοῦσι τῶν ἀρχόντων, οἱ δ' οὔ.

ζ'. Οἷον καὶ τόδε γιγνώσκουσιν ἅπαντες, ὅτι διὰ πολεμίας πορευομένους βέλτιόν ἐστι τεταγμένους πορεύεσθαι οὕτως ὡς ἂν ἄριστα μάχοιντο, εἰ δέοι. τοῦτο τοίνυν γιγνώσκοντες, οἱ μὲ ποιοῦσιν οὕτως, οἱ δ' οὐ ποιοῦσι.

η'. Φυλακὰς ἅπαντες ἴσασιν ὅτι βέλτιόν ἐστι καθιστάναι καὶ ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς περὶ τὸ στρατόπεδον· ἀλλὰ καὶ τούτου οἱ μὲ ἐπιμελοῦνται ὡς ἔχει οὕτως, οἱ δ' οὐκ ἐπιμελοῦνται.

5. Hujuſmodi ſunt, mi Socrates, in quibus agricolæ, quum inter ſe differant, etiam diverſam fortunam experiuntur; idque multò magis, quàm qui ſapienter ad opera quiddam inveniſſe exiſtimantur.

6. Etiam imperatores interdum quibuſdam in actionibus imperatoriis, quum intelligentiâ non differant, nihilominus alii meliores, alii deteriores ſunt haud dubiè propter diligentiam. Nam quæ duces omnes norunt, & privatorum pars maxima; ea duces alii faciunt, alii non faciunt.

7. Verbi gratiâ, nôrunt omnes potius eſſe, ut qui per agrum hoſtium tranſeunt, inſtructis ordinibus iter faciant, quòd ita dimicaturi commodiſſimè ſint, ſi uſus ferat: hoc quum ſciant, inquam, alii præſtant, alii non.

8. Nôrunt omnes optimum eſſe, diurnas & nocturnas excubias ante caſtra conſtitui: verùm id quoque ut fiat, aliis eſt curæ, aliis non eſt.

θ'. Οταν τε αὖ ἀλλὰ στενοπόρων ἴωσιν, πάνυ χαλεπὸν εὑρεῖν ὅστις ἂν γιγνώσκῃ ὅπη προκαταλαμβάνειν τὰ ἐπίκαιρα χρήσιμον ἢ μή. ἀλλὰ καὶ τοῦτο οἱ μὲν ἐπιμελοῦνται οὕτω ποιεῖν, οἱ δ' οὔ.

ι'. Αλλὰ καὶ κόπρον λέγουσι μὲν πάντες ὅτι ἄριστον εἰς γεωργίαν ἐστί, καὶ ὁρῶσι δὲ αὐτομάτως γιγνομένην· ὅμως δὲ καὶ ἀκριβοῦντες ὡς γίνεται, καὶ ῥᾳδίως ἂν πολλὴν ποιεῖν, οἱ μέν καὶ τοῦτο ἐπιμελοῦνται ὅπως ἀθροίζηται, οἱ δὲ πολλοὶ ἀμελοῦσι.

ια'. Καί τοι ὕδωρ μὲν ὁ ἄνω Θεὸς παρέχει, τὰ δὲ κοῖλα πάντα, τέλματα γίγνεται, ἡ γῆ δὲ ὕλην παντοίαν παρέχει, καθαίρειν δὲ δεῖ τὴν γῆν τὸν μέλλοντα σπείρειν. ἃ δ' ἐκποδὼν ἀναιρεῖται, ταῦτα εἴπις ἐμβάλλοι εἰς ὃ ὕδωρ, ὁ χρόνος ἤδη αὐτὸς ἂν ποιοίη, οἷς ἡ γῆ ἥδεται. ποία μὲν γὰρ ὕλη, ποία δὲ γῆ οὐχὶ ὕδατι ζυσίμῳ ὁ κόπρος γίγνεται;

9. Difficile ſit aliquem reperire, qui quum meatus anguſti tranſeundi ſunt, non intelligat potius eſſe, præoccupari opportuna loca, quàm non: nihilominus hoc quoque alii faciunt, alii non.

10. Etiam fimum aiunt omnes ad agriculturam optimum quiddam eſſe, ac provenire hunc ſua ſponte vident: tamen utut accuratè ſciant, quo pacto conficiatur, ac facile copiam ejus haberi poſſe, curam adhibent alii, ut colligatur, alii negligunt.

11. Atque aquam Deus, qui ſupra nos eſt, ſuppeditat: & omnia cava, paluſtria fiunt: & variam materiam ſolum ipſum præbet, quod quidem ab ea purgare debet, qui ſementem eſt facturus. Quæ verò removentur, de iis in aquam conjectis tempus ipſum effecerit aliquid terræ gratum. Nam quæ materies, quæ terra non in aqua conſiſtente fimus fit?

ιβ'. Καὶ [1] ὁπόσα δὲ θεραπείας δεῖται ἡ γῆ, ὑγροτέρα τε οὖσα πρὸς τὸν σπόρον, ἢ ἁλμωδεστέρα πρὸς φυτείαν, καὶ ταῦτα γιγνώσκουσι μὲν πάντες, ᾗ ὡς ὕδωρ ἐξάγεται τάφροις, ᾗ ὡς ἡ ἅλμη κολάζεται μιγνυμένη πᾶσι τοῖς ἀνάλμοις τε καὶ ὑγροῖς καὶ ξηροῖς· ἀλλὰ ᾗ τούτων ἐπιμελοῦνται οἱ μὲν, οἱ δ' οὔ.

ιγ'. Εἰ δέ τις παντάπασιν ἀγνοεῖ ἑαυτὸν, τί δυνάται φέρειν ἡ γῆ, καὶ μήτε ἰδεῖν ἔχοι καρπὸν, μηδὲ φυτὸν αὐτῆς, μήτε ὅτι ἀκούσας τιὼ ἀλήθειαν περὶ αὐτῆς ἔχοι, ᾗ πολὺ μὲν ῥᾷον γῆς πεῖραν λαμβάνειν παντὶ ἀνθρώπῳ ἢ ἵππου, πολὺ δὲ ῥᾷον ἢ ἀνθρώπου; ᾗ γὰρ ἔστιν ὅ, τι ἐπὶ ἀπατῇ δείκνυσιν, ἀλλ' ἁπλῶς ἅτε δυνάται καὶ ἃ μὴ, σαφηνίζῃ τε καὶ ἀληθεύῃ.

ιδ'. Δοκεῖ δέ μοι ἡ γῆ καὶ τοὺς κακοὺς τε καὶ ἀγαθοὺς, τῷ εὖ γνῶσα καὶ εὐμαθῆ πάντα παρέχειν, ἄριστα ἐξετά-

12. Quam item curationem ſolum requirat, ſive humidius æquo ad ſementem, ſeu ad conſitionem ſalſius, nôrunt omnes: item quo pacto foſſis aqua educatur, & terra ſalſa corrigatur, miſcendo eam cum aliis non ſalſis, & humidis, & ſiccis: verùm hæc quoque nonnulli diligentia ſua complectuntur, alii non item.

13. Quod ſi quis omnino ignoret, quid ferre ſolum poſſit, ac neque fructum ipſius aliquem, neque plantam inſpiciendi copiam habeat, neque ſit, ex quo verum audire de eo poſſit: annon multò facilius eſt cuivis homini facere ſoli periculum, quàm vel equi, vel hominis? Nec enim quidquam eſt, quod fallendi cauſa oſtentet: ſed ſimpliciter quid vel poſſit, vel non poſſit, declarat cum indicatione veritatis.

14. Videtur etiam mihi terra ignavos & induſtrios egregiè explorare, quæ omnia ad cognoſcendum ac diſcen-

1 Forſan ὁπόσης. Steph.

ζειν. ὃ γὰρ ὥσπερ τὰς ἄλλας τέχνας τοῖς μὴ ἐργαζομένοις ἔξεστι προφασίσασθαι ὅτι οὐκ ἐπίστανται, γῆν δὲ πάντες οἴδασιν ὅτι εὖ πάσχουσα εὖ ποιεῖ.

ιε'. Ἀλλ' ἡ μὲν γεωργία ἔστι σαφὴς ψυχῆς κατήγορος κακῆς. ὡς μὲν γὰρ ἂν δύναιτο ἄνθρωπος ζῆν ἄνευ τῶν ἐπιτηδείων, οὐδεὶς τοῦτο αὐτὸς αὑτὸν πείθει. ὁ δὲ μήτε ἄλλην τέχνην χρηματοποιὸν ἐπιστάμενος, μήτε γεωργεῖν ἐθέλων, φανερὸν ὅτι κλέπτων, ἢ ἁρπάζων, ἢ προσαιτῶν διανοεῖται βιοτεύειν, ἢ παντάπασιν ἀλόγιστός ἐστι.

ιϛ'. Μέγα δὲ διαφέρειν εἰς τὸ λυσιτελεῖν γεωργίαν ἔφη καὶ μὴ λυσιτελεῖν, ὅταν ὄντων [1] ἐργατῶν καὶ πλεόνων, ὁ μὲν ἔχῃ τινὰ ἐπιμέλειαν, ὡς τοῦ ἔργου αὐτῷ ἐν τῷ ἔργῳ οἱ ἐργάται ὦσιν, ὁ δὲ μὴ ἐπιμελῆται τούτου. ῥᾳδίως γὰρ ἀνὴρ εἷς πολλοὺς δέκα διαφέρῃ τῷ ἐν ὥρᾳ ἐργάζεσθαι· καὶ

dum facilia exhibeat. Non enim ut in artibus cæteris uti excuſatione inſcitiæ licet iis qui eas non exercent, ita etiam heic fit: ſed terram nôrunt omnes, quum beneficium accipit, beneficium rependere.

15. Quæ autem per agriculturam exercetur, ea inſignis eſt ignavi animi accuſatrix. Nam poſſe hominem abſque neceſſario victu vivere, nemo ſibimet ipſi perſuadet. At qui artem aliam nullam, qua rem faciat, novit; neque agrum colere vult: is præ ſe fert, quod vel furando, vel prædando, vel mendicando victum quærere cogitet; aut omnino rationis eſt expers.

16. Aiebat etiam multum in hoc, ut agricultura, vel fructuoſa ſit, vel cum detrimento conjuncta, ſitum eſſe; ſi, quum operarii ſunt, & quidem complures, alius curam adhibeat in hoc, ut operarii ſuo tempore opere faciundo occupentur, alius id non curet. Nam facilè vir unus decem aliis præſtat, ſi ſuo tempore opus faciat: alius

1 χ. ἐργατήρων.

ἄλλῳ γε ἀνὴρ διαφέρῃ τῷ [1] περὶ τῆς ὥρας ἀπέναι.

ιζ'. Τὸ δὲ δὴ ἐᾷν ῥᾳδιουργεῖν δι' ὅλης τ' ἡμέρας τοὺς ἀνθρώπους, ῥᾳδίως ὃ ἥμισυ διαφέρῃ τοῦ ἔργου παντός.

ιη'. Ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις πολλὰ ῥάδια διαχόσια, ἔστιν ὅτε τοῖς ἑκατὸν ῥαδίοις διήνεγκαν ἀλλήλων ἄνθρωποι τῷ τάχει, ἀμφότεροι καὶ νέοι ὄντες καὶ ὑγιαίνοντες, ὅταν ὁ μὲν περάσῃ ἐφ' [2] ὥπερ ὥρμηται βαδίζων, ὁ δὲ ῥᾳστωδίᾳ τῇ ψυχῇ, καὶ πολλὰ κρήνας, καὶ ὑπὸ σκιαῖς ἀναπαυόμενός τε καὶ θεώμενος, καὶ αὔρας ἠρυῶν μαλακάς.

ιθ'. Οὕτω δὲ καὶ ἐν τοῖς ἔργοις πολὺ διαφέρουσιν εἰς τὸ ἀνύτειν οἱ περάτοντες ἐφ' ὥπερ τεταγμένοι εἰσὶ, καὶ οἱ μὴ περάτοντες, ἀλλ' εὐεισχνεῖς πρόφασεις τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι, καὶ ἐώμενοι ῥᾳδιουργεῖν.

κ'. Τὸ δὲ δὴ καὶ τὸ καλῶς ἐργάζεσθαι, ἢ κακῶς ὅπι-

in hoc præstat cæteris, quod ante tempus non discedit.

17. Permittere autem hominibus, ut toto die segniter opus faciant, id verò facile totius operis dimidiam partem differt & extrahit.

18. Sicut & itineribus ad ducenta stadia, nonnunquam homines à se invicem stadiis centum distant ob celeritatem, quanquam & ambo sint juvenes, & valetudine integra utantur: quum scilicet unus id agit, cujus causâ proficiscendi fecerat initium, alius animo est soluto, ac propter fontes, & sub umbris quiescendo se recreat, omniaque spectat, & molles auras captat.

19. Sic etiam in ipsis operibus proficiendis multum inter se differunt ii qui agunt quod est ipsis mandatum, & qui hoc non agunt, sed ne opus faciant, prætextus quosdam inveniunt, concessa etiam otiandi facultate.

20. Rectè autem opus facere, vel negligenter curam

1 Legendum τῷ μὴ περὶ. Leuncl. 2 Forsan ἐφ' ὅπερ. Steph.

μελεῖσθαι, τοῦτο δὴ τοσοῦτον διαφέρει, ὅσον ἢ ὅλως ἐργάζεσθαι, ἢ ὅλως ἀργὸν εἶναι. ὅταν σκαπτόντων, ἵνα ὕλης καθαραὶ αἱ ἄμπελοι γένωνται, οὕτω σκάπτωσιν, ὥστε πλείω καὶ καλλίω τὴν ὕλην γίγνεσθαι, πῶς οὐ τοῦτο ἂν ἀργὸν ἂν φήσαις εἶναι;

κα'. Τὰ οὖν σωτηρίους τοὺς οἴκους πολὺ μᾶλλον ζημιοῦντά ἐστιν, ἢ αἱ λίαν ἀνεπιστημοσύναι. τὸ γὰρ τοὺς μὲ δαπάνας χορηγεῖν ἀτελεῖς ἀπὸ τῶν οἴκων, τὰ δὲ ἔργα μὴ τελεῖσθαι λυσιτελοῦντος πρὸς τὴν δαπάνην, ζημία οὐκέτι δεῖ θαυμάζειν ἐὰν ἀντὶ τῆς εὐπορίας ἔνδειαν παρέχηται.

κβ'. Τοῖς γε μέντοι ἐπιμελείᾳ δυναμένοις καὶ [1] σωτεταγμένοις γεωργοῦσιν ἀνυπικωτάτην χρηματίσειν ἀπὸ γεωργίας καὶ αὐτὸς ἐπετήδευσε, καὶ ἐμὲ ἐδίδαξεν ὁ πατήρ. οὐδέποτε γὰρ

faciendo adhibere, tantum inter ſe diſcriminis habent, quantum inter ſe differunt prorſus opus facere, vel prorſus otioſum eſſe. Ut quum paſtinantes, qui purgare vites à materia vepribuſque debent, ſic paſtinant, ut & copioſior & pulchrior materia ſuccreſcat; quo pacto non eſſe dixeris hoc otioſum?

21. Quæ igitur familias detrimento afficiant, multò magis hæc ſunt, quàm illæ imperitiæ nimiæ. Nam quum ſumtus integri ex re familiari procedunt, opera verò non perficiuntur ita, ut ex ſumtu aliqua redeat utilitas: mirum videri non debet, egeſtatem hinc pro abundantia rerum oriri.

22. Eum verò quæſtum ex agricultura, qui diligentiam adhibere valentibus, & non ſine contentione virium agriculturam exercentibus ad parandam rem efficaciſſimus eſt, pater meus & ipſe fecit, & me docuit. Nunquam enim

1 Putat Leuncl. ſcribendum σωτεταγμένως. Ipſe verò σωτεταμένως potius ſubſtituo, ut leg. p. 18. τοὺς δὲ γνώμῃ σωτεταμένῃ ἐπιμελουμένους, i. e. *qui contentionem animi adhibent*, ut Cic. loquitur. quinetiam προθύμως καὶ ἐντεταμένως παρέχειν εἰς τὸ ἔργον, in fine hujus opuſculi leges. Steph.

εἶα χῶρον ἐξειργασμένον ὠνεῖσθαι, ἀλλ' ὅστις ἢ δι' ἀμέλειαν ἢ δι' ἀδυναμίαν τ' κεκτημένων καὶ ἀργὸς ᾖ ἀφύτευτος εἴη, τοῦτον ὠνεῖσθαι πρήγμ.

κγ'. Τοὺς μὲν γὰρ ἐξειργασμένους ἔφη καὶ πολλοῦ ἀργυρίου γίγνεσθαι, καὶ ἐπίδοσιν οὐκ ἔχειν· τοὺς δὲ μὴ ἔχοντας ἐπίδοσιν, οὐδὲ ἡδονὰς ὁμοίας ἐνόμιζε παρέχειν· ἀλλὰ παν κτῆμα καὶ θρέμμα ὅ τι ἐπὶ τὸ βέλτιον ἰὸν, τοῦτο καὶ εὐφραίνειν μάλιστα ᾤετο. οὐδὲν οὖν ἔχει πλείονα ἐπίδοσιν, ἢ χῶρος ἐξ ἀργοῦ πάμφορος γιγνόμενος.

κδ'. Εὖ γὰρ ἴσθι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὅτι τῆς ἀρχαίας τιμῆς πολλοὺς πολλαπλασίους χώρους ἀξίους ἡμεῖς ἤδη ἐποιήσαμεν. καὶ τοῦτο, ὦ Σώκρατες, ἔφη, οὕτω μὲν πολλοῦ ἄξιον τὸ ἐνθύμημα, οὕτω δὲ καὶ μαθεῖν ῥᾴδιον, ὥστε νυνὶ ἀκούσας σὺ τοῦτο, ἐμοὶ ὁμοίως ἐπιστάμενος ἄπει, καὶ ἄλλον διδάξεις ἐὰν βούλῃ.

permittebat, ut agrum emerem cultum: ſed hortabatur, ut eum, qui vel per negligentiam vel poſſeſſorum inopiam incultus, miniméque conſitus eſſet, mercarer.

23. Nam agros excultos magno parari pretio dicebat, & incrementum nullum habere. Qui autem incrementum nullum haberent, eos neque voluptates pares ſuppeditare ducebat. Nimirum quidquid vel poſſideretur, vel educaretur, quod in melius proficeret, id etiam plurimum delectationis afferre putabat. Nihil autem majus incrementum habet, quam ſi fundus fertiliſſimus ex inculto fiat.

24. Certè, mi Socrates, ſcire debes, nos complures fundos effeciſſe tales, ut jam multipliciter antiquum pretium ſuperent. Atque hoc inventum, Socrates, tanti eſt pretii, tamque ad diſcendum facile, ut quum modò primum illud audieris, æquè tamen ejus peritus, atque ego, diſcedas: poſſiſque, ſi velis, alium etiam docere.

κε'. Καὶ ὁ ἐμὸς δὲ πατὴρ οὔτε ἔμαθε παρ' ἄλλου τοῦτο, οὔτε μελεμνῶν εὗρεν· ἀλλὰ διὰ τὴν φιλογεωργίαν καὶ φιλοπονίαν ἐπεθύμησε τοιούτου χωρίου, ὅπως ἔχοι ὅ, τι ποιοῖ ἅμα, καὶ ὠφελούμενος ἥδοιτο. Ἰοὺ γάρ τοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, φύσει (ὡς ἐμοὶ δοκεῖ) φιλογεωργότατος Ἀθηναίων ὁ ἐμὸς πατήρ.

κϛ'. Καὶ ἐγὼ μέν τοι ἀκούσας τοῦτο, ἠρόμην αὐτόν· Πότερα δὲ, ὦ Ἰσχόμαχε, ὁπόσους ἐξεργάσατο χώρους ὁ πατὴρ πάντας ἐκέκτητο, ἢ καὶ ἀπεδίδοτο εἰ πολὺ ἀργύριον εὑρίσκοι; καὶ ἀπεδίδοτο νὴ Δί', ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, ἀλλὰ ἄλλον τοι εὐθὺς ἀντεωνεῖτο ἀργὸν, διὰ τὴ φιλεργίαν.

κζ'. Λέγεις, ἔφην ἐγὼ, ὦ Ἰσχόμαχε, τῷ ὄντι φύσει τὸν πατέρα φιλογεωργὸν εἶναι, οὐδὲν ἧττον ἢ οἱ ἔμποροι φιλόσιτοί εἰσι. καὶ γὰρ οἱ ἔμποροι, διὰ τὸ σφόδρα φι-

25. Meus quoque pater neque didicit illud ab alio, neque ſollicitè meditando reperit: ſed propter ſtudium agriculturæ ac laborum, quo flagrabat, talem ſe fundum concupiviſſe narrabat, ut ſimul & quod ageret, & de quo utilitate percepta delectaretur, haberet. Erat enim à natura pater meus, mi Socrates, omnium Athenienſium agriculturæ, meâ quidem ſententiâ, ſtudioſiſſimus.

26. Quibus auditis, equidem ex ipſo quærebam: Utrum autem, inquam, Iſchomache, pater tuus fundos omnes, quos excoluit, poſſedit ipſe: an etiam vendebat eos, ſi magnum aliquod pretium reperiret? Vendebat certè, ait Iſchomachus, verùm mox viciſſim venditi loco alium emebat incultum, idque propter ſtudium faciundi operis quod in ipſo erat.

27. Dicis tu, inquam ego, Iſchomache, patrem tuum revera nihilo minùs à natura ſtudioſum agriculturæ fuiſſe, quàm mercatores frumenti ſunt cupidi. Nam quia ſtu-

λεῖν τὸν σῖτον, ὅπῃ ἂν ἀκούσωσι πλεῖστον εἶναι, ἐκεῖσε πλέουσιν ἐπ' αὐτὸν, καὶ Αἰγαῖον, καὶ Εὔξεινον, καὶ Σικελικὸν φόρτον φερόντες.

κη'. Ἐπειδὰν δὲ λαβόντες ὁπόσον δύνανται πλεῖστον, ἄγουσιν αὐτὸν διὰ τῆς θαλάττης, καὶ ζῶντα εἰς τὸ πλοῖον ἐμβάλλουσι, ἐν ᾧπερ αὐτοὶ πλέουσι. καὶ ὅταν δεηθῶσιν ἀργυρίου, οὐκ εἰκῇ αὐτὸν, ὅπου ἂν τύχωσιν, ἀπέβαλον· ἀλλ' ὅπου ἂν ἀκούσωσι πλεῖστά τι μάλιστα τὸν σῖτον, καὶ δεῖ πλείστου αὐτὸν ποιῶνται οἱ ἄνθρωποι, τούτοις αὐτὸν ἄγοντες ἀποδιδόασι. καὶ ὁ σὸς δὲ πατὴρ οὕτω πως ἔοικε φιλογεωργὸς εἶναι.

κθ'. Πρὸς ταῦτα ἦ εἶπεν ὁ Ἰσχόμαχος· Σὺ μὲ παίζεις, ἔφη, ὦ Σώκρατες· ἐγὼ γὰρ καὶ φιλοικοδόμους νομίζω ὑδὲν ἧττον οἵπερ ἂν ἀποδιδῶσι τὰς οἰκοδομηθείσας τὰς οἰκίας, εἶτ' ἄλλας οἰκοδομοῦσι. νὴ Δία, ἐγὼ δέ γα σοὶ, ἔφην, ὦ Ἰσχόμαχε, ἐπομόσας λέγω

diosissimi sunt frumenti, ubicunque maximam ejus esse copiam audierint, eò se navigiis conferunt, trajecto Ægeo, Euxino, Siculo mari.

28. Posteaquam tantam ejus nacti sunt copiam, quantam possunt maximam, per mare avehunt, & quidem illam in navim collocant, quâ ipsimet vehuntur. Ubi pecuniâ ipsis opus est, non temere illud quovis loco abjiciunt: sed ubi maximum ejus esse pretium audierint, & ubi sint homines, qui frumentum quantivis æstiment, illis afferunt, ac venditum tradunt. Eodem modo pater tuus fuisse studiosus agriculturæ videtur.

29. Ad quæ Ischomachus: Jocaris tu quidem, ait, Socrates. Verùm ego nihilominus exstruendarum ædium studiosos arbitror esse, qui ædificiis absolutis ea vendunt, ac alia deinde ædificant. Immo per Jovem, inquam, juratus dico tibi, mi Ischomache, omnino me tibi credere;

ἢ μὴν πιστεύειν σοι φύσει νομίζειν φιλεῖν ταῦτα πάντας, ἀφ' ὧν ἂν ὠφελεῖσθαι νομίζωσιν.

ΚΕΦ. κα'.

ΑΤαρ οἶμαί γε, ἔφην, ὦ Ἰσχόμαχε, ὡς εὖ τὴν ὑποθέσιν ὅλον τὸν λόγον βοηθοῦντα παρέχεσθαι. ὑπέθου γάρ, τὴν γεωργικὴν τέχνην πασῶν εἶναι εὐμαθεστάτην· καὶ νυῦν ἐγὼ ἐκ πάντων ὧν εἴρηκας, τοῦτο οὕτως ἔχειν πανταπασιν ὑπὸ σοῦ ἀναπέπεισμαι.

β'. Νὴ Δί', ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος· ἀλλὰ τόδε γε, ὦ Σώκρατες, τὸ πάσαις κοινὸν ταῖς πράξεσι, καὶ γεωργικῇ, καὶ πολιτικῇ, καὶ οἰκονομικῇ, καὶ πολεμικῇ, τὸ ἀρχικὸν εἶναι, τοῦτο δὴ συνομολογῶ σοι ἐγὼ, πολὺ διαφέρειν γνώμῃ τὰς ἑτέρας τῶν ἑτέρων.

γ'. Οἷον καὶ ἐν τριήρει, ἔφη, ὅταν πελαγίζωσι, καὶ

qui exiſtimes, omnes ea diligere, de quibus aliquid ſe percepturos utilitatis putant.

CAP. XXI.

VErùm cogito, inquam, Iſchomache, quàm egregiè totam orationem inſtituto argumento opitulantem exhibueris. Sumebas enim hoc argumentum, artem agriculturæ ad diſcendum inter omnes alias eſſe facillimam. Jam verò de omnibus, quæ dixiſti, ita ſe hoc habere prorſus abs te perſuaſus ſum.

2. Sic eſt, ait Iſchomachus; de hoc autem, mi Socrates, quod omnibus eſt actionibus commune, tum agriculturæ tum adminiſtrationis civilis rationi, tum domeſticæ, tum bellicæ rei, nimirum ut quis regendi peritus ſit; aſſentior equidem tibi, alios aliis judicio multum præſtare.

3. Sicut in triremi, quum in alto diurnæ ſunt naviga-

δέη περᾶν ἡμερίοις πλοῦς ἐλαύνοντας, οἱ μὲν τῶν κελευστῶν διώκνυται ταῦτα λέγειν καὶ ποιεῖν ὥστε ἀκονᾶν τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ὅπῃ ὃ ἐθέλοντας ποιεῖν, οἱ δὲ οὕτως ἀγνώμονές εἰσιν ὥστε πλεῖον ἢ ὂν διπλασίῳ χρόνῳ τὸν αὐτὸν ἀνύτουσι πλοῦν. καὶ οἱ μὲν ἱδρῶντες καὶ ἐπαινοῦντες ἀλλήλους ὅ, τε κελεύων καὶ οἱ πειθόμενοι ἀχθαίνουσιν, οἱ δὲ ἀνιδρωτὶ ἥκουσι, μισοῦντες τὸν ὑπερέτην καὶ μισούμενοι.

δ'. Καὶ τῶν στρατηγῶν ταύτῃ διαφέρουσιν, ἔφη, οἱ ἕτεροι τῶν ἑτέρων. οἱ μὲν γὰρ οὔτε πονεῖν ἐθέλοντας, οὔτε κινδυνεύειν πρέπονται, πείθεσθαί τε οὐκ ἀξιοῦντας οὐδ' ἐθέλοντας ὅσον ἂν μὴ ἀνάγκη ᾖ, ἀλλὰ καὶ μεγαλωμένους ὅτι τῷ ἐναντιοῦσθαι τῷ ἄρχοντι· οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι οὐδ' αἰσχύνεσθαι ὑπερημένους παρέχουσιν, ἤν τι τῶν αἰσχρῶν συμβαίνῃ.

ε'. Οἱ δ' αὖ θεῖοι καὶ ἀγαθοὶ καὶ ἐπιστήμονες ἄρχοντες, τὰς

tiones conficiendæ, alii ex eorum numero, qui hortando nautas excitant, ejuſmodi quædam proferre ac facere poſſunt, ut hominum animos exacuant ad ſponte laborandum: alii tam ſunt imperiti, ut duplo plus temporis in eadem navigatione conficiunda conſumant. Rurſus illi cum ſudore ac mutua prædicatione tam ejus qui cohortatur, quàm qui obtemperant, de navi egrediuntur: hi ſine ſudore veniunt, ac non ſolùm ipſi præfectum odere, ſed etiam præfectus ipſos viciſſim.

4. Eodem modo etiam imperatores alii ab aliis differunt. Nam alii milites exhibent ejuſmodi, qui neque laborem ullum ſuſcipere, neque periculum adire, neque dicto audientes eſſe, niſi quantum neceſſitas urgeat, velint; atque etiam magnificè ſe efferant, propterea quòd duci ſuo adverſentur. Iidem exhibent quoque nonnullos, qui, ſi quid accidat rei turpis, affici pudore neſciant.

5. Contra divini, & boni, & periti rectores, quum vel

αὐτὸς τούτους, πολλάκις δὲ καὶ ἄλλους παραλαμβάνοντες, αἰσχυνομένους τε ἔχουσιν αἰσχρόν τι ποιεῖν, καὶ πείθεσθαι οἰομένους βέλτιον εἶναι, καὶ ἀγαλλομένους τῷ πείθεσθαι ἕνα ἕκαστον, καὶ σύμπαντας, πονεῖν ὅταν δέῃ, οὐκ ἀθύμως πονοῦντας.

ς'. Ἀλλ' ὥσπερ ἰδιώταις ἔστιν οἷς ἐγγίγνεται [1] φιλοπονία τις, οὕτω καὶ ὅλῳ τῷ στρατεύματι ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν ἀρχόντων ἐγγίγνεται καὶ τὸ φιλοπονεῖν, καὶ τὸ φιλοτιμεῖσθαι ὀφθῆναι [2] καλόν τι ποιοῦντας ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος.

ζ'. Πρὸς ὁντινα δ' ἂν ἄρχοντα σπουδῶσιν οὕτως οἱ ἑπόμενοι, [3] οὕτω δὴ ἐρρωμένοι γε ἄρχοντες γίγνονται. οὐ μὰ Δί' οὐχ οἱ ἂν αὐτῶν ἄρειον τὸ σῶμα τῶν στρατιωτῶν ἔχωσι, καὶ ἀκοντίζωσι, καὶ τοξεύωσιν ἄριστα, καὶ ἵππον ἔχοντες ἄριστον, ὡς ἱππικώτατα ἢ πελταστικώτατα τεθωρακι-

hos ipsos, vel alios etiam sæpenumero accipiunt, talibus ipsis utuntur, ut turpe quiddam patrare verecundiâ præpediti nolint, ac rectius esse arbitrentur parere, atque etiam singuli obedientiâ delectentur; & universi, quum labores suscipi necesse est, non illubenter eos suscipiant.

6. Nimirum ut privatis nonnunquam hominibus laboris studium innascitur, sic etiam in exercitu toto à bonis imperatoribus studium quoddam excitari solet, ut omnes & laborare, & ambitiosè conspici cupiunt à rectore suo, dum præclarum aliquod facinus edunt.

7. Cæterùm erga quoscunque rectores hoc modo milites, qui eos sequuntur, affecti sunt, hi verò potentes rectores evadunt; non illi quidem, qui robustiore sunt corpore præditi, quàm ipsi milites; & jaculandi sagittandique artem optimè tenent, ac optimum equum habent, ut tanquam præstantissimi equites & cetrati ante alios

1 χρ. ἐθελοπονία. 2 χρ. καλλιόν τι. 3 χρ. ὅτοι.

δυωδύωσιν· ἀλλ' οἱ ἂν δύνωνται ἐμποιῆσαι τοῖς στρατιώταις ἀκολουθητέον εἶναι καὶ μετὰ πυρὸς καὶ μετὰ παντὸς κινδύνου, τούτους δὴ δικαίως ἄν τις καλοίη μεγαλογνώμονας, ᾧ ἂν ταῦτα γιγνώσκοντες πολλοὶ ἕπωνται.

η'. Καὶ μεγάλη χειρὶ εἰκότως ὅστις λέγοιτο πορεύεσθαι, ᾧ ἂν τῇ γνώμῃ πολλαὶ χεῖρες ὑπηρετεῖν ἐθέλωσι· καὶ μέγας τῷ ὄντι ὅστις ἀνὴρ, ὃς ἂν μεγάλα δύνηται γνώμῃ διαπράξασθαι μᾶλλον ἢ ῥώμῃ.

θ'. Οὕτω δὲ καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις ἔργοις, ἄν τε ἐπίτροπος ἢ ὁ ἐφεστηκὼς, ἄν τε καὶ ἐπιστάτης, ὃς ἂν δύνηται προθύμους καὶ συντεταμένους παρέχεσθαι εἰς ὃ ἔργον καὶ συνεχεῖς, οὗτοι δὴ οἱ ἀνύτοντές εἰσιν ἐπὶ τἀγαθὰ, καὶ πολλῷ τινὶ περιουσίαν ποιοῦντες.

ι'. Τῷ δὲ δεσπότου ἐπιφανέντι, 'ὦ Σώκρατες, ἔφη, ἐπὶ τὸ ἔργον, ὅστις δύναται καὶ μέγιστα βλάψαι τὸν κακὸν

discrimen adeant: sed qui hoc in militum animis efficere possunt, ut per ignem, & quodvis periculum, sequendum statuant. Hos certè meritò quis magnanimos dixerit, quos sequuntur multi eadem cum ipsis sentientes.

8. Itidem par fuerit dicere, magna cum manu eum proficisci, cujus voluntati multæ manus obsequi volunt: ac magnus idem reapse vir est, qui res magnas consilio potius quàm robore perficere potest.

9. Sic in operibus cujusque suis, sive villicus sit, qui præest, seu magister operariorum, quicunque præstare suos alacres, & contentis viribus laborantes, & assiduos potest; illi verò sunt, qui proficiunt in bonis, & abundantiam quandam rerum ingentem comparant.

10. Domino certè, mi Socrates, ipso in opere conspecto, qui & ignavum operarium maximo afficere malo

1 sc. ἐπιφανέντος αὐτῶν ὦ Σώκρατ.

τῶν ἐργατῶν, καὶ μέγιστα τιμῶσα τὸ εὐθύμιον, εἰ μηδὲν ὀπίδηλον ποιήσουσιν οἱ ἐργάται, ἐγὼ μὲν αὐτὸν οὐκ ἂν ἀγαίμιμι· ἀλλ' ὃν ἂν ἰδόντες κινηθῶσι, καὶ μένος ἑκάστῳ ἐμπέσῃ τῶν ἐργατῶν, καὶ φιλονεικία εἰς ἀλλήλους, καὶ φιλοτιμία κρατήσῃ οὖσα ἑκάστῳ, τοῦτον ἐγὼ φαίην ἂν ἔχειν τι ἦθος βασιλικόν.

ια'. Καὶ ἔστι τοῦτο μέγιστον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ παντὶ ἔργῳ, ὅπου τι δι' ἀνθρώπων τελέται, καὶ ἐν γεωργίᾳ δέ. ὁ μέντοι μὰ Δία τοῦτό γε [1] ἅπαξ ἐγὼ λέγω ἰδόντα μαθεῖν τινί), οὐδὲ ἅπαξ ἀκούσαντα, ἀλλὰ καὶ παιδείας δεῖν φημὶ τῷ ταῦτα μέλλοντι διοικήσεσθαι, καὶ φύσεως ἀγαθῆς [2] ὑπάρξαι, καὶ (ὃ μέγιστον δή) θείου γενέσθαι.

possit, & alacrem honore maximo ornare; si quidem nihil ab operariis insigne fiat, non possum equidem eum admirari: Quo verò conspecto moti fuerint, & quidam impetus operarios invaserit, itemque contentio mutua, & ambitio, quæ nemini non est optima, hunc equidem regium quoddam ingenium habere dixerim.

11. Atque hoc, meâ quidem sententiâ, ut quovis in opere maximum est, ubi per homines aliquid efficitur, ita etiam in agricultura. Non tamen id profectò discì posse dico vel intuendo vel audiendo semel; sed equidem aio etiam institutione illi opus esse, qui præstare id velit, atque ut indoles in eo bona sit; & (quod maximum est,) divinus sit homo necesse est.

---

1 Scriptum fuisse ἅπαξ, non ὅ, π, & ἅπαξ post vel ante ἰδόντα propemodum persuasum habeo. Steph.

2 Deesse videtur Accusativus post ἀγαθῆς, aut ὑπάρξαι in aliud verbum mutari debere: nisi dicamus φύσεως ἀγαθῆς ὑπάρξαι significare ad verbum Bonæ naturæ esse, vel indolis. Sed talis usus verbi ὑπάρξαι exemplum desidero. Steph.

ιϛ'. Οὐ γὰρ πάνυ μοι δοκῇ ὅλον τοῦτο τὸ ἀγαθὸν ἀνθρώπινον εἶναι, ἀλλὰ θεῖον, τὸ [1] ἐθελοντὶ ἄρχειν· σαφῶς δὲ δίδοται τοῖς ἀληθινῶς σωφροσύνῃ τετελεσμένοις. τὸ δὲ ἀκόντων τυραννεῖν διδόασιν, ὡς ἐμοὶ δοκῇ, οὓς ἂν ἡγῶνται ἀξίους εἶναι βιοτεύειν, ὥσπερ ὁ Τάνταλος ἐν ᾅδου λέγεται τὸν ἀεὶ χρόνον δειλεύειν, φοβούμενος μὴ δὶς ἀποθάνῃ.

12. Quippe non omnino mihi videtur totum hoc bonum humanum esse, ut aliquis non invitis imperet, sed divinum: quod quidem iis certò datur, qui revera prudentiæ sacris initiati sunt. At invitos tyrannide quadam premere, meâ quidem sententiâ, datur iis quos dignos esse dii statuunt, ut sic vitam degant, quemadmodum apud inferos agere Tantalum perhibent, in omne ævum metuentem ne bis moriatur.

---

1 Emendationem Leuncl. secuti sumus; cum prius sic leg. τὸ ἐθελόντων ἄρχειν σαφῶς· φείδονται τοῖς ἀληθινῶς σωφ.

4 FE 64

FRAGMENTA

CICERONIS

OECONOMICORUM

E XENOPHONTE.

PAG. 47. l. 7. Oecon. Xenoph. ὃς ἐμοὶ ἐδόκει &c.] Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur. *Priſc. l.* 8.

P. 52. l. 9. πρὸς Θεῶν &c.] Quid igitur, proh Deum immortalium, primum eam docebas? quæſo. *Donat. in Ter.*

P. 55. l. 6. Ἐμοὶ γάρ τοι &c. ad p. 53. l. 14. τὸ ἕτερον ἁρμόττον.] Maritale conjugium ſic comparatum eſt naturâ, ut non ſolùm jucundiſſima, verùm etiam utiliſſima vitæ ſocietas iniretur, & ne genus humanum temporis longinquitate occideret: propter hoc mas cum fœmina eſt conjunctus: deinde ut ex hac eadem ſocietate mortalibus adjutoria ſenectutis, nec minùs propugnacula præparentur: tum etiam, cum victus & cultus humanus non, uti feris, in propatulo, ac ſilveſtribus locis, ſed domi ſub tecto accurandus eſſet, neceſſarium fuit, alterutrum foris ſub dio eſſe, qui labore & induſtria compararet; intus, qui tectis reconderet atque cuſtodiret: ſiquidem vel ruſticari, vel navigare, vel etiam alio genere negotiari neceſſe erat, ut aliquas facultates acquireremus. Cum verò paratæ res ſub tectum eſſent congeſtæ, alium eſſe oportuit, qui & illatas cuſtodiret, & cætera conficeret opera, quæ domi deberent adminiſtrari:

ſtrari: nam & fruges & cætera alimenta terreſtria indigebant tecto: & ovium, cæterarumque pecudum fœtus, atque fructus clauſtro cuſtodienda erant, nec minùs reliqua utenſilia, quibus aut alitur hominum genus, aut etiam excolitur. Quare cum & operam, & diligentiam ea, quæ poſuimus, deſiderarent, nec exigua cura foris acquirerentur, quæ domi cuſtodiri oporteret: jure, ut dixi à natura comparata eſt opera mulieris ad domeſticam diligentiam, viri autem ad exercitationem forenſem, & extraneam: itaque viro calores, & frigora perpetienda, tum etiam itinera, & labores pacis ac belli, id eſt, ruſticationis & militarium ſtipendiorum, diſtribuit: mulieri deinceps, quòd omnibus his rebus fecerat inhabilem, domeſtica negotia curanda tradidit. Et quoniam hunc ſexum cuſtodiæ & diligentiæ aſſignaverat, idcirco timidiorem reddidit, quàm virilem: nam metus plurimùm confert ad diligentiam cuſtodiendi. Quòd autem neceſſe erat foris, & in aperto victum quærentibus nonnumquam injuriam propulſare, idcirco virum quàm mulierem fecit audaciorem. Quia verò partis opibus æquè fuit opus memoria & diligentia: non minorem fœminæ, quàm viro earum rerum tribuit poſſeſſionem. Tum etiam, quòd ſimplex natura non omnes res commodas amplecti volebat, idcirco alterum alterius indigere voluit: quoniam quod alteri deeſt, præſto plerumque eſt alteri. *Colum. l.* 12. c. 1.

P. 64. l. 12. ἔστι μὲν γὰρ πενία &c.] Nam vetus eſt proverbium, paupertatem certiſſimam eſſe, cum alicujus indigeas, uti eo non poſſe, quia ignoretur, ubi projectum jaceat quod deſideretur: itaque in re familiari laborioſior eſt negligentia quàm diligentia. Quis enim dubitet, nihil eſſe pulchrius in omni ratione

tione vitæ, diſpoſitione atque ordine? quod etiam ludicris ſpectaculis licet ſæpe cognoſcere. Nam ubi chorus canentium, non certis modis, neque numeris præeuntis magiſtri conſenſit, diſſonum quiddam ac tumultuoſum audientibus canere videtur. At ubi certis numeris ac pedibus, velut facta conſpiratione conſenſit, atque concinuit: ex ejuſmodi vocum concordia, non ſolùm ipſis canentibus, amicum quiddam & dulce reſonat, verùm etiam ſpectantes audienteſque lætiſſima voluptate permulcentur.

P. 75. l. ult. Επεὶ δὲ ταῦτα διήλθομεν &c.] Præparatis idoneis locis, inſtrumentum & ſupellectilem diſtribuere cœpimus, ac primùm ea ſecrevimus, quibus ad res divinas uti ſolemus; poſtea mundum muliebrem, qui ad dies feſtos comparatur; deinde virilem; item dierum ſolemnium ornatum, nec minùs calceamenta utrique ſexui convenientia; tum jam ſeorſim arma, ac tela ſeponebantur, & in altera parte inſtrumenta, quibus ad lanificia utuntur; poſt quæ ad cibum conficiendum vaſa (ut aſſolent) conſtituebantur: inde, quæ ad lavationem, quæ ad exornationem, quæ ad menſam quotidianam atque epulationem pertinerent, exponebantur; poſtea ex iis quibus quotidie utimur, quod menſtruum eſſet, ſepoſuimus; quod annuum quoque in duas partes diviſimus: nam ſic minùs fallit, qui exitus futurus ſit. Hæc poſtquam omnia ſecrevimus, tum ſuo quæque loco diſpoſuimus; deinde quibus quotidie ſervuli utuntur, quæ ad lanificia, quæ ad cibaria coquenda & conficienda pertinent, hæc ipſa iis, qui uti ſolent, tradidimus, & ubi ea ponerent, demonſtravimus, & ut ſalva eſſent, præcepimus. Quibus autem ad dies feſtos, & ad hoſpitum adventum utimur, hæc primò tradidimus, & loca ſingula demonſtravimus,

mus, & cuique ſua annumeravimus, atque annumerata ipſi exſcripſimus, eamque admonuimus ut quodcunque opus eſſet, ſciret unde daret; & meminiſſet atque adnotaret, quid, & quando, & cui dediſſet, & cum recepiſſet, ut quidquid ſuo loco reponeret. *Colum.*

P. 97. l. 7. Πότερα δὲ &c.] Utrumne, Iſchomache, inquam, ſi res familiaris deſideraſſet, mercari villicum tanquam fabrum, an ipſe inſtituere conſueviſti? Ego verò ipſe inſtituo. Etenim qui me abſente in meum locum ſubſtituitur, & vicarius meæ diligentiæ ſuccedit, is ea quæ ego, ſcire debet. *Colum.* l. 2. c. 1.

P. 120. l. 1. Οἶδα μὲν οὖν &c.] Nullo modo facilius arbitror poſſe neque herbas areſcere & interfici; neque terram ab ſole percoqui. *Nonius.*

P. 138. l. 1. Οταν δὲ καιρὸς ᾖ &c.] Cum verò affecta jam prope æſtate uvas à ſole interficere tempus eſt. *Non.*

P. 139. l. 11. οὐδ' οἶνον &c.] Qui neque ſerit vitem, neque quæ ſata eſt, diligenter colit; oleum, ficus, poma non habet. *Macrob.* l. 3. c. 10.

Hîc commodè addi poteſt id quod de Cyro minore & Lyſandro, ex Oecon. Xenoph. in libellum ſuum, qui Cato major inſcribitur, Cicero ita tranſtulit.

P. 34. l. 6. Oecon. Xenoph. Οὕτως τοίνυν ὁ Κῦρος &c.] Socrates in eo libro loquitur cum Critobulo, Cyrum minorem, regem Perſarum, præſtantem ingenio, atque imperii gloria, cum Lyſander Lacedæmonius, vir ſummæ virtutis, veniſſet ad eum Sardes, eique dona à ſociis attuliſſet, & cæteris in rebus comem erga Lyſandrum atque humanum fuiſſe, & ei quendam

dam conſeptum agrum, diligenter conſitum, oſtendiſſe. Cum autem admiraretur Lyſander, & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum ſubactam atque puram, & ſuavitatem odorum, qui afflarentur à floribus, tum dixiſſe; Mirari ſe non modò diligentiam, ſed etiam ſolertiam ejus, à quo eſſent illa dimenſa, atque deſcripta: & ei Cyrum reſpondiſſe: *Atqui ego omnia iſta ſum dimenſus, mei ſunt ordines, mea deſcriptio, multæ etiam iſtarum arborum mea manu ſunt ſatæ.* Tum Lyſandrum, intuentem ejus purpuram, & nitorem corporis, ornatumque Perſicum, multo auro, multiſque gemmis, dixiſſe: *Recte verò te, Cyre, beatum ferunt, quoniam virtuti tuæ fortuna conjuncta eſt.*

4 FE 64